This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

1817
ARTES VERITAS SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

LF
3195
.B56

2732 1/2 2

GEORGII GOTHOFREDI KVSTERI,

GYMNASII PETRINI, QVOD COLONIAE AD SVEVVM EST, CONRECTORIS,

MEMORABILIA COLONIENSIA.

Herm. Conringius.

Illi non ſatis ingenuo præditi ſunt animo, qui ita peregrinis intenti ſunt, vt priſcas patriæ res negligant, vel elatis quaſi manibus ſuſpendant: immo nec in maiores quidem ſunt ſatis ſancti.

BEROLINI,
Proſtant in officina GEDICKIANA.
1727.

Præfatio ad Lectorem.

PRodeunt in conſpectum Tuum memorabilia Colonienſia, LECTOR BENEVOLE, octo ſpecimina exhibentia, in quorum ſingulis quid contineatur, paucis accipe. *Primo* præmiſſis nonnullis de nomine Coloniæ eiusque incolis Rectores, qui inde ab emendatis ſacris Petrino huic Gymnaſio præfuerunt, commemorantur. Quumque in iſto, qui primi hanc bonarum artium officinam gubernarunt, *Paulus ab Eizen, & Sebaſt. Brunnemannus,* quorum tum vix nomina habebam cognita, ſint omiſſi, *ſecundum* ſpecimen de illis exponit fuſius. *Tertio* Conrectores, *quarto* reliqui, quos ſchola noſtra habuit, præceptores enarrantur ſigillatim. Abſoluta igitur virorum de Gymnaſio noſtro meritorum recenſione

ad

ad eos progreſſus, quos verbi diuini præ-
cones aluit Colonia, vitam *B. Franc. Iul. Lutkenii* enarraui, quæ *quintum ſpecimen* occupat, & quum eſſent, qui renouari reliquorum quoque theologorum memoriam cuperent, fidem de ſingulis enarrandis dedi *ſpecimine ſexto*, fecique periculum, de quibusdam commentatus, interſperſis nonnullis, quæ a loco hoc non adeo aliena exiſtimabam, ad *Georg. Cœleſtinum* ſpectantibus. Succedit nunc ſpecimen *ſeptimum & octauum*, de eis agens, quos ab anno MDC. ædes Petrina habuit antiſtites, horumque collegas. Vlterius autem nunc quum progredi non licuerit, pertexam telam, ſi DEVS dederit, additurus in poſterum, quæ ſuperſunt, & ſpeciatim quidem, de *Ioann. Wenſchendorffio*, *Iacob. Helwigio*, *Ioann. Ioach. Krautheimio*, *Bernh. Kohlreiffio*, *Alb. Gunzelio*, famoſo illo apoſtata *Andrea Frommio*, *Mart. Haniſchio*, *Sam. Pomario*, *Chriſt. Nicolai*, *Io. Bunſebarto*, *Io. Chriſt. Holzhauſenio*, *Gothofr. Langio*, *Andr. Paulowſkyo*, expoſiturus. Nec prætermittam, qui hoc noſtro æuo floruerunt *Lichtſcheidios*,

Schnaderbachios, Theringios, & qui, quæ Dei eſt clementia, hodie ſuperſunt *Reimbeccios, Papios, Campios*, non quidem, quod qualicumque enarratione mea aliquid ad ipſorum laudes addi poſſe exiſtimem, ſed ne pietatis doctoribus bene meritis debitæ videar immemor. Hanc enarrationem excipiet Patrum memoria, qui curiam bene adminiſtrando de patria præclare meruerunt, & inſcriptionum denique, aliorumue memoratu non indignorum, quæ ad inclytam hanc vrbem attinent, ſignificatio. Neque id neſcire *Te* volo, *Beneuole Lector*, in eo me eſſe, vt ſupplementa quædam parem vna cum indice, qui vltimo loco comparebit, vt de quibus memorabilia hæc agunt, eo facilius conſtet, & ea, quæ ab amicis monitus vel emendaui, vel ipſe congeſſi, *Tuis* quoque vſibus pateant. Vnum eſt, quod *Te* rogo, *Lector*, vt hoc quidquid eſt opellæ beneuole accipias, errantem amice monens in viam reducas, conatibusque meis fauere digneris. Vale.

Q. D. B. V.

MEMORABILIVM COLONIENSIVM SPECIMEN PRIMVM.

I. II. Scribendi anſa & propoſitum exponitur. III. de nomine COLONIAE, *IV. de Gymnaſii auſpiciis, & ſub temporibus Papatus ſtatu diſſeritur. V. Rectores poſt repurgationem ſacrorum factam recenſentur. VI. ad audiendas orationes inuitatio.*

I.

QVum in ſcholis nihil magis neceſſarium ſit, niſi vt iuuentus in artibus atque diſciplinis honeſtis probe erudiatur, & quæ didicit ex inſtitutione præceptorum, in publicum etiam adſpectum lucemque proferat: ego quoque opellam meam in eo collocandam exiſtimaui, ne quid facerem reliqui, quod partium mearum eſſe videbatur. Id quod vero quemadmodum aliorum potius quam meo conſtare volo iudicio: ita in præſenti produco nonnullos diſciplinæ noſtræ alumnos, qui pietate, induſtria, morumque probitate ſe mihi commendarunt, periculum facturos quid valeant humeri, & quantum in hac bonæ mentis officina profecerint, eloquentiæque tirocinium depoſituros. Materiam dicendi præbuit CONSTANTINI M. hiſtoria, digna profecto, quæ ſtudio non proletario inueſtigetur, & quoad ſingula momenta paullo curatius expendatur. Hoc autem ordine in conſpectum publicum prodibunt, vt

GOTHOFREDVS LVDOVICVS **Wiegener**, Storcouienſis, captaturus ſit auditorum, quos frequentes exſpectamus, beneuolentiam, & nonnulla generatim de hiſtoria dicti principis præmiſſurus. Excipient hunc dicendo

Samvel Wilhelmvs **Holtorff**, Rathenoenſis Meſo-March. &
Ioannes Christianvs **Käſtner**, Colonienſis March.
teſtatum facturi, CONSTANTINVM primum fuiſſe Chriſtianum Imperatorem. Different porro
Gottlieb Renatvs **Campe**, Colonienſis March.
de ſigno crucis in cœlo viſo.
Ioannes Georgivs **Eckardt**, Bucouienſis Meſo-March.
de expeditionibus quibusdam CONSTANTINI bellicis.
Lampertvs Sigismvndvs **Ahlemann**, Fridrico-Werderanus,
de quibusdam numis, & ædificiis, quibus memoria CONSTANTINI adhuc hodie conſeruatur.
Conradvs Ehrenreich **Denicke**, Colonienſis March.
de donatione CONSTANTINI, quam Pontificii venditant. Quo facto
Ioannes Iacobvs **Schultze**, Fridrico-Werderanus,
Georgivs Fridericvs **Lüdecke**, Colonienſis March.
Ioannes Christophorvs **Reinhard**, Colonienſis March.
Ioannes Fridericvs **Gräff**, Wuſtermarc. Meſo-March.
Fridericvs Avgvstvs **Richter**, Fridrico-Werderanus,
dialogò quodam de baptismo CONSTANTINI inter ſe colloquentur. Pergent
Christ. Gottlieb **Heintzelmann**, Gardelegienſis Palæo-March.
de hæreſi Ariana a CONSTANTINO maſcule oppugnata.
Fridericvs Rvdolphvs **Lüdecke**, Oſcan. Halberſt. &
Theodorvs Rvdolphvs **Campe**, Colonienſis March.
de næuis CONSTANTINI politicis.
Christ. Gottlieb **Campe**, Gielsdorff. Meſo-March.
de EVSEBIO rerum CONSTANTINI præcipuo ſcriptore. Denique
Gothofredvs **Hobler**, Berolinenſis,
de virtute CONSTANTINI etiam poſt funera viuente paucula præfatus gratias auditoribus debitas aget.

Singuli latino eoque ſoluto, *penultimus* vero ligato ſermone, dialogumque inſtituentes & *Hobler* patria lingua, & quidem ſoluta, *Eckardt* vero metrica oratione vtentur.

II.

Atque hæc ſufficere poterant mihi, cui nihil nunc amplius negotii eſt impoſitum, præter id, vt declamaturorum nomina indicantur, aureſque illis beneuolæ precibus qualibuscumque expetantur. At enimuero ne ἀσύμβολος eſſem, recepta hactenus, & vt ego quidem arbitror, non reprehendenda quædam præfandi con-

conſuetudo voluit, cuius nunc quoque rationem habiturus id mihi ſumſi, vt rerum antiquarum, earumque inprimis, quæ patriam noſtram ſpectant, amator inquirerem, ſi qua circa ciuitatem hanc maxime inclutam notanda poſſent inueſtigari. Et, ne rerum alienarum ſectator, proximarum autem incurioſus videar, lubet ea paululum tangere, quæ ad celeberrimi huius Gymnaſii hiſtoriam faciunt.

III.

Quæ dum exſequor, non poſſum non quædam, quæ incunabula vrbis noſtræ præſtantiſſimæ ſpectant, præfari. Vt itaque ab iis exordiar, nomen ipſum non prætermittendum videtur, de quo miram eruditorum diſſenſionem deprehendo. Non prolixus ero in indagandis eis, quæ ad BEROLINVM, vrbem Marchiæ principem attinent, alias doctiſſimos viros in varias ſententias diſcedentes facili negotio ſignificarem. Id modo dixerim, incrementa BEROLINI anſam dediſſe amplificandis mœnibus, nouosque incolas variis immunitatibus ſiue allectos, ſiue accerſitos huc veniſſe, quibus colonorum, nouellæ autem vrbi COLONIAE nomen inditum eſſe exiſtimamus. Atque hæc vulgaris & maxime recepta, veroque ſimillima ſententia eſt. Quæ de carbonariis, ex quorum appellatione COLONIAE nomen originem trahere dicunt, meminerunt nonnulli, ficta non minus atque ea videntur, quæ de Coldnis vel Colnis adducit IO. BOEDICKERVS, vir ceterum doctiſſimus, quem dormitaſſe heic apparebit, a modo dictis gentibus COLONIAE nomen deducentem. Ita enim dum dicit: (a) Und weil auch bey den älteſten Geſchicht-Schreibern einer ſondern Nation gedacht wird unter den Sveviern, zwiſchen den Marcomannen, welche Coldni (die Coldener oder Cöllner) geheiſſen, ſo kan es wohl ſeyn, daß auch die Hauptſtadt Cölln von ihnen gebauet, und alſo deren Urſprung viel älter ſey, als man vorgiebet. Nititur hac in re auctoritate SCHOTTELII vir clariſſimus, qui vero (b) Colduorum, non Coldnorum meminit STRABONIS auctoritate nixus, cuius quidem, vt lectoris iudicio omnia relinquam, locum ipſe in me-

 dium

(a) Nymphe Mycale oder Geſpräch vom Miggelberge pag. 18.
(b) Sprach-Schatz p. 1255.

dium proferam. Etenim STRABO (c) Sueuorum mentionem faciens iniicit quoque mentionem τῶν Κολδούλων, vel, quod CASAVBONVS mauult, Κολδύων, qui priorem vocem ſuſpectam, nec alibi temere iri repertum putat. Quodſi alias dicendum quod res eſt, vltra coniecturas in tam abſtruſis latebris vix perueniias. Adeoque non eſt, quod mireris, hactenus nondum conſtare, vnde ALBERTO, quem vulgo amplificatorem BEROLINI credunt, cognomen VRSI contigerit, ipſumque SAGITTARIVM (d) coniectura HENR. MEIBOMII niti, qui (e) ab inſignibus, quæ prætulit, vrſinis hoc illi cognomen accidiſſe arbitratur. Inde liquet nec de vrbibus ab eodem amplificatis, exſtructisque nouis certi quid dici poſſe, vt maxime opus ſit repetere SAGITTARII (f) verba: *Mallem, ſi quæ de his in tabulariis exſtent, probatæ fidei documenta, in publicam prodirent lucem, hiſtoriam huius æui germanicam, ac præcipue Marchicam non parum illuſtrantia.*

IV.

Tam incerta igitur quum ſint, nec niſi coniecturis quibusdam nitantur, quæ de certo quodam anno ciuitatis ampliſſimæ noſtræ dicere velis, mirum non eſt definiri quoque primordia Gymnaſii huius, & reliquorum ædificiorum, quorum ætas ex ipſius vrbis ætate pendet, certo non poſſe. De eo dubitandum tamen non eſt, non defuiſſe ſtatim poſt vrbem conditam, qui de Gymnaſio proſpicerent. Saltim ipſa ædium, in quibus adhuc hodie docetur iuuentus gymnaſtica, ſtructura non vanum documentum eſt vetuſtatis. De nomine (PETRINI enim Gymnaſii cognomen ei inditum & imago eiusdem ab altera ædificii parte lapidi inciſa eſt) ſi quid coniicere licet, nouam nouæ vrbis ſcholam, nouo templo proximam a D. PETRO, cuius inter Pontificios cultus eſt religioſiſſimus, non temere tunc denominatam crediderim, vt ſcilicet conſtaret in his quoque oris ϛόμα τῶν ἀποϛόλων haut ſecus quam par eſt coli atque celebrari. Nec defuiſſe puto, qui

(c) Geographiæ Libr. VII. p. 20. ed. If. Caſauboni.

(d) In hiſtoria Marchiæ Soltvvedelenſis, & Alb. Vrſi §. 45. p. 25.

(e) In notis ad Andronici II. auream bullam T. I. Scriptorum rerum Germanicarum p. 548. (f) l. c. §. 56. p. 31.

qui, quæ illius æui erat conditio, ſuperſtitionis papalis cultum & Ariſtotelis, qui vnus tum vbique regnabat, doctrinas ex aſſe callerent, & iuuentuti ita præirent. Iſtorum tamen, qui illo tempore docuerunt, nomina communicare non poſſum, quum deſtituar monumentis, vnde hac de re doceri aliosque certiores facere licet, nec interſit notitia huius farinæ hominum, quos in cimmeriis papatus tenebris deceptores magis quam præceptores ſtudioſæ iuuentutis fuiſſe conſtat.

V.

Ad iſta potius tempora accedo, quæ poſt ſacrorum emendationem huic quoque honeſtarum artium domicilio fuerunt benigniora, illorum memoriam renouaturus, qui doctrina ſua & fida inſtitutione lyceo huic præfuerunt pariter atque profuerunt. Quumque vltra anguſtos, quibus circumſcribimur, limites progredi nunc non liceat, RECTORES inde a temporibus ſacrorum repurgatorum enumerabo.

M. PETRVS HAFFTITIVS, Iutrebocenſis Saxo primus eſt, quem muneri Rectoris poſt reformationem admotum fuiſſe comperimus, vir doctiſſimus, atque de Marchia non parum meritus. Vitam eius quum iam aliis debeamus, inter quos B. SCHLICHTIVM (g) & Cl. DIETERICVM (h) honoris cauſſa nomino, prolixius commemorare nolo. Id vnum addo, eum, quantum mihi cognoſcere licuit, A. MDLXXV. Gymnaſio huic noſtro præeſſe incepiſſe, anno autem eiusdem ſæculi LXXIX. exeunte deſiiſſe. Quod autem Diaconi Petrini muneri præfuerit ex eo tempore, quo ſcholæ vale dixit, vt clariſſimi hi viri arbitrantur, fundamento caret, & indices eccleſiaſtici vulgo Kirchen-Regiſter, quorum hac in re fides in dubium vocanda non eſt, de eo tacent. Ceterum incidi nuper in librum ante laudatis viris non memoratum, qui ſic inſcribitur: Der erſte Pſalm kürtzlich und einfältig erkläret und ausgeleget, durch *Petrum Hafftitium*, *M.* weyland *Rectorem* bey der Schulen zu Berlin und Cölln an der Spree, Berlin 1584. 8vo. Eodem

(g) Horar. Subceſiuar. part. I. p. 103. ſq. & part. 2. p. 140.

(h) In denen Zufälligen Anmerckungen von allerhand zum Schul-Weſen und Grundlegung der Gelahrtheit gehörigen Sachen, p. 223. ſeqq.

Eodem quo HAFFTITIVS ex Gymnaſii Rectoris ſtatione deceſſit, tempore eamdem ornare incepit

M. IAC. SOMMERFELDIVS, de quo nihil conſtat amplius, niſi quod a. LXXXIV. eccleſiæ inſeruire, & Diaconi partes obire cœpit. Succeſſit in huius locum

M. NICOL. ALBERTVS, qui ab a. LXXX. Conrectoris munus obierat.

M. DANIEL. MEHRMANN acceſſit a. LXXXVI.

M. ANDR. GEIERSBERG, anno ſequenti acceſſit, annoque XCV. ex hac vita exceſſit. Sequitur

SAMVEL. GERVESIVS, eodem, quo Conrectoratui præeſſe cœperat, anno Rector denominatus.

M. MARTIN. GREIFFENHAGEN, ex Conrectore Rector anno MDC. admotus eſt huic muneri.

IO. FISCHER, itidem ante Conrector anno MDCIII. Rectoris prouinciam ornare iuſſus eſt. Obiit a. MDCVIII. Excepit eum

M. MARTINVS WILLICHIVS anno ſubſequente, qui vero non non niſi per triennium ſpartam hanc ornauit,

M. ADAMVS ROMANVS enim a. MDCXII. ipſum ſequutus eſt, quem anno huius ſæculi XXX. ſcholam adhuc gubernaſſe legi. Poſtea vero iudicis & conſulis honoribus mactatus ſcholam valere iuſſit. In vita IO. BRVNNEMANNI (i) illius mentio fit, atque vir in formanda iuuentute feliciſſimus pariter ac ſolertiſſimus nuncupatur. De anno eius emortuali non conſtat.

M. SAM. MVLLER, Rupinenſis natus a. MDCX. iactis in patria, itemque Prenzlouiæ & Vratislauiæ ſtudiorum fundamentis, multum inprimis M. MICH. POLLIO Eliſabethani Gymnaſii Rectori ſe debere faſſus, Francofurtum petiit anno XXX. inde Stetinum eodem adhuc anno concedens M. MART. LENSCHNERI lateri adhæſit. Biennio elapſo Regimontum Pruſſorum ſalutauit, a. XXXV. domum repetiit, ſed poſt triennii decurſum Roſtochium migrauit, & IO. RAVIVM poſt Electori Brandeb. a Conſiliis & Antiquitatibus, Fautorem nactus in Facultatem Philoſophicam receptus eſt. Inde a. MDCXL. Rectoris ſparta heic

ornanda

(i) Apud BECMANNVM in Notitia Vniuerſitatis Francofurtanæ, p. 213.

ornanda illi demandata, eodemque anno præuia IO. KOCHII, Elect. Brand. a Conſiliis Sacris & Præpoſiti oratione munus adire iuſſus eſt. Ex generis eius de Gymnaſio hoc & eccleſia bene meritus eſt CHRIST. TEVBERVS, cuius mentionem ſuo loco iniiciemus. MVLLERVS autem noſter apoplexia correptus deceſſit anno LXXIV. ætatis LXIV. poſtquam quartus vltra triceſimum annus iam exiuerat, ex quo de Gymnaſio bene meritus eſt. Ex ſcriptis eius præter diſputationes quasdam, quas crebras inſtituit mihi nihil innotuit. (k) Præceptorem hunc ſuum excepit

IO. BOEDCKERIVS, vir in tantum laudandus, in quantum eruditio & de iuuentute ſtudioſa bene prolixeque merendi ſtudium laudari merentur. De ortu eius dicere nihil certi poſſum, niſi quod ipſe (l) aliquando fatetur ſe humili loco natum, maiores tamen claros & conſularis dignitatis Stetini fuiſſe. Poſtquam adoleuit, Gymnaſio huic adſcriptus eſt, cuius ciuem & MVLLERI diſcipulum per integrum decennium ſe vocat. Abſoluto ſtudiorum academicorum curriculo Parſteinii in Marchia Paſtoris munus obire incepit, ex quo poſt octo annorum curriculum raro exemplo huc vocatus, & Conrectoris ſparta ornatus eſt, quam anno MDCLXXIII. auſpicabatur, biennio poſt in locum ſui quondam Præceptoris ſuffectus. Viuere deſiit anno XCV. menſe Auguſto, poſtquam XXII. annos Gymnaſio huic dexterrime præfuerat, annosque ætatis LIV. expleuerat. Eruditionis eius monumenta exſtant quam plurima:

1. Triumph-Bogen denen ſeelig Verſtorbenen in unterſchiedenen Stand-Reden und Abdanckungen zu letzten Ehren aufgerichtet. Franckfurt und Leipzig. 1699. 8vo. Edidit hunc librum duobus voluminibus conſtantem eruditi parentis doctiſſimus filius CAROL. EDZARDVS BOEDICKERVS, eccleſiæ, quæ Chriſto Wriezia ad Oderam colligitur, Archi-Diaconus fideliſſimus.

2. Grund-Sätze der Teutſchen Sprache im Reden und Schreiben, ſamt einem ausführlichen Bericht vom rechten Gebrauch der Vorwörter. Liber hic vtiliſſimus

(k) Confer de eo pluribus concionem funebrem, quam memoriæ eius dicauit Andr. de Pawlowsky, Archidiaconus Petrinus Colonienſis ad verba Pſ. LXXIII, 25. 26. quæ typis exſcripta eſt, ſub titulo: Schatz über alle Schätze.

(l) Grund-Sätze p. 486. Ich bin aus dem edlen uralten Geſchlecht entſproſſen, der vom Pfluge.

vtiliſſimus tertia nuper vice cura Cl. FRISCHII prodiit Berolini, 8vo. de quo, & Lexico quod meditabatur, celeberrimi CRAMERI iudicium infra adductum vide.

3. Epigrammata iuuenilia, quorum mentionem factam vides im Triumph-Bogen p. 1192.

4. Veſtibulum latinæ linguæ moralibus ſententiis, ſyntaxi, & indice conſtructum, cuius meminit HENDREICH in Pandectis Brandenburgicis. p. 621.

5. Nymphe Mycale, das iſt: Poetiſches und Hiſtoriſches Geſpräch von dem Miggelberge, von deſſen Natur und der Spree und Seen um Cöpenick Gelegenheit, von den alten Einwohnern dieſer Orten, und ſonſt der Marck Brandenburg: Nebſt dem alten und neuen Stamm-Regiſter des Chur-Brandenburg- und Braunſchweig-Lüneburgiſchen Hauſes. Berlin 1685. 4to. Liber hic natiuitati Sereniſſimi Pruſſiæ Regis noſtri FRIDERICI GVILIELMI tunc conſecratus eſt.

6. Chriſtlicher Bericht von Cometen. 1681. 4to.

7. Beſchreibung der Ehren-Pforte, welche Seiner Churfürſtl. Durchl. zu Brandenburg nach Eroberung des gantzen Pommer-Landes bey Dero Wiederkehr am 2. Decembr. 1678. E. E. Rath und löbliche Bürgerſchafft der Churfürſtlichen Reſidentz-Stadt Cölln an der Spree aufgerichtet. 4to.

Vt de aliis eius ſcriptis, inſcriptionibus maxime, quarum plures adhuc hodie in ædificiis publicis ſuperſunt, & ſtatuis emblematicis in honorem Imperatoris LEOPOLDI, & Sereniſſimæ domus Brandenburgicæ, nec non de eius Diſſertationibus e. g. de medicina, commerciis, itemque Programmatibus quam plurimis, & minoris molis ſcriptis nunc nihil dicam, quæ ipſe coniunctim edere in animo habuit. Collegit enim nonnulla hoc titulo vſus: IO. BOEDICKERI *quædam opuſcula, nempe Parentationes, Orationes, Diſſertationes, Carmina, Programmata, Emblemata*, edita Coloniæ Brandeburgicæ. Parentationes, quibus oratio panegyrica de vita IO. BVNTEBARTI, dum viueret, Conſiſtorii Adſeſſoris, & Præpoſiti Colonienſis adiuncta eſt, iunctim editas ſupra monui. Ceterum illud prætereundum non eſt, meditatum Cl. BOEDICKERVM fuiſſe Lexicon quoddam Brandeburgicum, cuius, quum perfectum nondum ſit, apparatum a Cl. filio adſeruari non dubitamus, atque opus hoc, de quo magnifice ſenſit elegantioris litteraturæ, dum viueret, amator maximus IO. FRID. CRAMERVS, Sereniſſ. Poruſſ. Regia Conſiliis aulicis (m) ad colophonem perducatur, inque vſum publicum

(m) In vindiciis nominis Germani contra obtrectatores Gallos vbi p. 23. ita ait: *Egregie rationem, vim & præſtantiam Teutonicæ linguæ docuit & demonſtrauit*

publicum conuertatur, in votis habemus. Quod ad ſcripta eius poëtica attinet, maximi illa æſtimauit vir rerum harum callentiſſimus IOACHIMVS FELLERVS, (n) quem, doctus non eſt, qui non magno in pretio habet. Ipſum enim **Bödicker** quaſi **der Poëten Kern** dici putat addito hoc elogio:

Cum multi eximii ſint teutonum in orbe Poëtæ
Tute Poëtarum nucleus eſſe potes.

Id vnum doleo BOEDICKERVM illorum in cenſum venire, qui memoriam amiſerunt, anno enim emortualem antecedente idem ei accidiſſe teſtatur memoria Bödickeriana, (o) cuius auctor, idemque BOEDICKERI ſucceſſor fuit

CHRISTIANVS ROTARIDIS, Coſſenſis Hungarus, patre vſus Melchiore, verbi diuini miniſtro, qui eum anno MDCLII. d. XXIV. Ianuar. ſuſcepit. Huic quoque, quod BOEDICKERO contigit, vt & diſcipulus & collega præceptoris eſſet, quippe cuius per decennium laborum ſocius fuit. Subrectoris ſpartam anno MDCLXXXIII. menſe Iunio ſibi demandatam auſpicabatur, cui quum per VII. annos præfuiſſet, Conrectorem & quinquennio elapſo Rectorem illum Magnificus Vrbis huius inclutæ Senatus conſtituit. Vitam cum morte, ſcholamque hanc cum cæleſti illa academia anno MDCCXXIII. d. XXX. Ianuar. ſeptuagenario maior commutauit vir pietate, & diligentia valde conſpicuus. In recenſendis ipſius programmatibus non occupabor, quæ multa edidit. Sufficiat meminiſſe quamdam orationem panegyricam, quam memoriæ perenni IOANNIS HENR. de FLEMMING, ordinis Ioannitici equitis Sereniſſ. Poruſſ. Regi a Conſiliis ſanctioribus Protoſynedrii eccleſiaſtici Senatoris primarii, a. MDCCXI.

C dicauit,

*uit non ita pridem, publicata elegantiſſima grammatica BOEDICKERVS, Gymnaſii Coloni*e*nſis ad Sueuum Rector, idemque vir quum græce & latine, tum vero germanice doctiſſimus. Is vbi Lexicon Brandeburgicum, ea qua cœpit ratione, virtute duce & induſtria, comite fortuna, & aſpirante pulcherrimo inſtituto gratia & benignitate Principum ad exitum perduxerit, habemus ſane, cur Gallis Academicum Dictionarium, quod parturit ſæculum, pariat longa dies, non magnopere inuideamus.* (n) parentationibus eius ſupra recenſitis adiuncta T. II. p. 1182. (o) l. c. p. 1201.

dicauit, cuius quidem liberalitate ad tria Metropoleos huius Gymnaſia emolumentum redundauit non vulgare, dum ſingulis trecentorum Ioachimicorum fructus annuos legauit. (p)

CHRI-

(p) Liceat data hac occaſione gratam beneficiorum nonnullorum, quibus Gymnaſii noſtri Petriui docentes pariter atque ciues fruuntur, memoriam renouare. Primum locum occupat inuſitata liberalitas B. IOACHIMI FRIDER. KORNMESSERI, Auguſtiſſ. Regi Poruſſiæ a Conſiliis Aulicis & Conſulis Coloniensis meritiſſimi, qui Gymnaſio noſtro ita proſpexit, vt ter mille imperialium fructus ad illud Magnifici Senatus prouidentia redundent. Vt de Balckeniano legato non dicam, quo Pl. Reuerendum quoque, quod Coloniæ eſt, Miniſterium fruitur hac lege ordinatum, vt memoria Confeſſionis Auguſtanæ quotannis in æde ſacra prælegatur, præſentibusque & Miniſtris & Collegis pariter ac alumnis Gymnaſii Deo gratiæ agantur. Alumnorum vero Colonienſium commodis maxime inſeruiunt ſtipendium Falzianum, & Lichtſcheidianum, nec non Schönebeckianum. Iſtud munificentiæ debetur RAIMONDI FALZII, numismatum cælatoris, dum viueret, in comparabilis, qui anno huius ſæculi III. d. XII. Febr. bis mille thaleros duorum ſtudioſorum commodis dicauit. Inprimis frui licet huius liberalitatis fructu, ſi qui Gymnaſii noſtri alumni probitate & induſtria ſe commendauerunt. Dum Viri huius memoriam recolo, non poſſum non meminiſſe IANVM BROVCKHVSIVM & DAVIDEM HOOGSTRATANVM Poëtas maxime inclutos manibus tanti artificis egregiis carminibus parentaſſe, quorum illud in noua eaque ſplendida operum poëticorum BROVCKHVSII editione pag. 390. ſq. legitur. Ceterum FALZII memoriam conſeruarunt B. FRANC. IVLIVS LVTKENS, Præpoſitus quondam Colonienſis meritiſſimus in concione funebri, quæ exſtat inter conciones eius funebres iunctim editas p. 662. & Plur. Reu. CHRIST. CAMPIVS, Diaconus Petrinus meritiſſimus in ſermone, quem habuit: Von der heiligen und allweiſen Führung GOttes, wie ſie ſich bey Erweckung, Fortgang und Ausgang vortrefflichen Künſtler beſchäfftig erweiſet. Monumentum eius ſepulcrale, quod in templo Petrino haut procul ara maiore conſpicitur, alia occaſione communicabimus.

Illud contulit B. M. Viri FERDINANDI HELFFR. LICHTSCHEIDII, qui LVTKENIO ſucceſſor contigit, vidua, quæ vt trecentorum thalerorum fructibus vni cuidam ſtudioſo proſpiciatur, teſtamento quodam a ſe conſignato voluit.

Hoc denique ad alumnos Colonienſes, qui liberali etiam conuictu vtuntur, attinet ex voluntate CHRISTOPHORI SCHOENEBECCII, Eccleſiæ Cathedra-

lis

CHRISTIANVS RVBIN, Colonienſis Marchicus patriæ & vitam & ſtudiorum incrementa accepta refert. Eiusdem enim, quod nunc (faxit DEVS! diu adhuc ſaluus & incolumis) moderatur, Gymnaſii quondam alumnus fuit, & præ reliquis GEORG. GRABOVIVM coluit, eumdem ad capeſſendas Gymnaſii Mœno-Francofurtani faſces euocatum ſequutus. Poſt Lipſiam petiit, vnde in patriam redux ædi ſacræ, quæ a. D. Georgio appellatur, in hac vrbe Regia, per triennium docendo præfuit. Tum Ruppinum vocatus a. MDCXCV. Rectoris ſpartam dextre ornauit, anno autem huius ſæculi IX. ad Conrectoris ſpartam capeſſendam in patriam reuocatus, & fide ipſius atque meritis in rem ſcholaſticam perſpectis Rectoris prouinciæ admotus eſt, de qua in dies adhuc melius meretur.

VI.

Pergendum foret ad Conrectores, & reliquos Præceptores, ex quorum inſtitutione in hoc ſacrario mentium bonarum iuuentuti ſcholaſticæ proficere licuit. Verum, quum laborem hunc in aliud tempus differre cogar, nihil nunc ſupereſſe video niſi vt ad declamaturos redeam, quibus vt, qui in Regia hac ſede ſunt, litterarum & ſcholarum Patroni, Fautores, atque amici, fauere, frequentes intereſſe, & beneuolas aures die craſtino ab hora ante meridiem VIII. largiri non dedignentur, ea qua fas eſt, obſeruantia & pietate oramus atque obſecramus. P. P. in Gymnaſio Colonienſi III. Non. Sept. A. R. G. cIↃ IↃ ccxxiv.

lis apud Hauelbergenſes Canonici, & Ser. Elect. Brandenb. a conſiliis, itemque Tabularii Præfecti, quippe qui fructus quadringentorum Ioachimicorum quotannis ipſo die Michaelis diſtribui, eodemque tempore ex libro Tobiæ Cap. IV. & ex Euangelio D. IOANNIS Cap. XIII - XVII. prælegi, hymnumque Ambroſianum cantari iuſſit. Idem ille hic eſt SCHOENEBECCIVS, cui, nec non fratri BARTHOLOMAEO, Conſuli Stendalienſi origines debet immortali laude digna & celeberrima fundatio ſic dicta SCHOENEBECCIANA, cuius ope ſtudiorum cultores egregie adiuuantur.

Q. D. B. V.

Q. D. B. V.

MEMORABILIVM COLONIENSIVM SPECIMEN SECVNDVM.

I. II. Propoſitum declaratur. III. De SEB. BRVNNEMANNO. IV. De PAVLO AB EIZEN exponitur, V. huiusque patria, VI. honoribus academicis, VII. muneribus, VIII. ſcriptis editis partim, IX. partim ineditis, X. quanta auctoritate fuerit, probatur. XI. Elogia eius & naui. XII. Mors & Epitaphium, XIII. filius. XIV. Argumentum ad initia Gymnaſii Colonienſis pertinens adlegatur. XV. Syllabus declamationum.

I.

EXhibui nuper memorabilium Colonienſium ſpecimen primum, atque idem mihi accidiſſe intellexi, quod TENZELIVS monuit: (a) Man muß eine hiſtoriſche Schrifft machen ſo gut man ſie zuſammen bringen kan. Quum enim animum appellerem ad hoc qualecumque inſtitutum, ſtatim perſpexi non deeſſe, quæ remoras atque difficultates iniicerent, quo minus ea, qua optabam, velocitate ac felicitate propoſitum meum exſequi liceret. Quippe non modo ſtudioſe conquirenda & colligenda, ſed idemtidem emendanda, varias auctorum de rebus hiſtoricis ſententias conciliandas, ſcripta haut pauca euoluenda, & ne plagulam quidem prætermittendam eſſe rerum harum gnari deprehendunt, quæ ſingula lubentiſſime ſuſciperentur, niſi ſæpiſſime vel ſcriptorum, quæ in ſubſidium vocanda ſunt, raritas, vel illi, quorum inuidia propoſitum noſtrum adiuuare detrectat, moleſtiam nobis faceſſerent. Superantur tamen omnes huius generis difficultates, ſi apud animum noſtrum perpendimus & voluntatem lectoribus æquis non ingratam fore, quum dies diem doceat, & in rebus præteritis nihil fingendum, ſed facta commemorare, & qua decet fide ante oculos ponere opus ſit. Atque id ipſum mihi etiam ſpem facit, fore, vt non ingratus ſit plane conatus meus illis, qui rerum patriam ſpectantium ſunt amatores. Vident ſaltim me ea maxime curare, quæ, quia proxima ſunt, præ-

(a) In dialogis menſtruis anno 1697. p. 915.

prætermittere neſas duco. Quodſi igitur nonnullis placuerit hæc opella mea, gratulabor mihi me ſpe mea non excidiſſe, maximas acturus habiturusue gratias, ſi quis in rebus incertis ac dubiis certiora me edocere, atque errantem in viam reducere voluerit, quippe ſupplenda ſupplebo, omiſſa addam, & per quos profeci, grata mente, vt decet, profitebor.

II.

In præſenti igitur vt re ipſa præſtem, quæ promiſi, Rectoribus nuper laudatis duo addendi ſunt, de quibus fuſius atque prolixius agere inſtitui, partim quia merentur, vt illorum vita, ſcripta, & munera recenſeantur, partim vt, quod ignoratione mea (quis enim in rebus ante actis nullo duce vtens nihil neſcire poteſt?) omiſi, addatur.

III.

Alter horum eſt SEBASTIANVS BRVNNEMANNVS, qui munus Rectoris, quem illo tempore Schulmeiſter vocare ſolebant, iam anno MDLXVI. ornauit, atque hoc nomine vſus teſtamento cuidam a Iudice Iacobo Grochio confecto ſubſcripſit. Quo anno autem Coloniæ docere inceperit, quoue anno deſierit viuere, hactenus ignotum eſt. Id noui celeberrimum illum Iuris Conſultum, Marchiæ decus IO. BRVNNEMANNVM nepotem noſtri eſſe ex filio HIERONYMO, quem Colonia noſtra genuit, Ruppinenſibus anno MDXCIII. Rectorem conceſſit, & inde repetiit, eidemque primum Diaconi, poſt Præpoſiti & Antiſtitis Petrini ſpartam impoſuit, quam anno ſæculi ſequentis XXX. ex hac vita diſcedens IO. KOCHIO ornandam reliquit. De BRVNNEMANNIS his plura proferendi in medium dabitur occaſio, quando Antiſtites Petrinos enarrare inſtituam.

IV.

Succedit alter in ſerie Rectorum Colonienſium nuper omiſſus PAVLVS ad EIZEN, quem Gymnaſio noſtro præfuiſſe docuit MELCH. ADAMVS, qui vitam ABR. BVCHOLCERI deſcribens (b) inter alia ita refert: *Florebat tum temporis in Gymnaſio Colonienſi ad Sueuum* PAVLVS AB EIZEN, *cui quum in diſciplinam traditus*

 fuiſſet,

(b) In vitis Theologorum. p. 262.

fuiſſet, diligenter & aſſidue diſcendo tantum aequalibus ſuis praeſtitit, vt in ſui admirationem & vitae & ingenii parentes conuerteret. Idem iſtud PAVLVS FREHERVS (c) & ADOLPH. CLARMVNDVS (d) repetunt, SCVLTETVS (e) autem & IO. GE. BERTRAMVS (f) illis accenſent, qui a ſcholaſticis muneribus ad eccleſiaſticam cathedram vocati ſunt. Vitam illius, & quae de eius muneribus, ſcriptisque memoranda occurrunt, ordine enarrabo.

V.

Patria illi anno MDXXI. contigit Hamburgum, vrbs commerciorum flore celeberrima, in qua EIZENORVM nomen maxime floruiſſe, nihilque illo pridem celebratius habuiſſe adſerit celeberrimus IO. ALB. FABRICIVS Memoriar. Hamburg. Vol. II. p. 859.

VI.

Litterarum ſtudiis imbutus Academiam Leucoream petiit, ibidem lateri LVTHERI & MELANCHTHONIS adhaerens, inque eadem honoribus doctoris Theologi ornatus eſt. Ita enim teſtantur Annales Facultatis Theologicae Wittebergenſis manuſcripti, ex quibus ſequentia beneuole mecum communicata adfero: *Anno* MDLVI. *d.* XVIII. *Maii, cum eſſet Decanus Collegii Theologici Reuerendus Vir Dn. D. Ioannnes Bugenhagen, Pomeranus, Paſtor Eccleſiae Wittembergenſis, diſputauit M. Paulus ab Eizen vocatus ad gubernationem Eccleſiae Hamburgenſis. Praeſes Diſputationis fuit Reuerendus Vir Dn. Philippus Melanchthon. Deinde die* XXVII. *Maii decretus eſt huic Paulo ab Eizen gradus Doctoris Theologiae. Renunciatio facta eſt per Doctorem Georgium Maiorem. Numerauit Academiae, quae numerari vſitatum eſt.*

Oramus autem filium Dei Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum caput & cuſtodem eccleſiae, vt hunc Doctorem Paulum & nos omnes Spiritu ſuo ſancto regat, & protegat, & organa ſalubria Eccleſiae faciat!

Programma ſolemnibus his a Decano Collegii Theol. praemiſſum exhibet Tomus II. ſcriptorum in Academia Wittebergenſi publice propoſitorum (g) ex quo ſequentia huc ſpectant: *Recte*

autem

(c) In theatro virorum eruditione clarorum Parte I. Sect. III. p. 258. (d) In vitis eruditiſſimorum virorum. Parte V. p. 136. (e) In dem von der Schule zur Kirche beruffenen Hamburgiſchen Prediger, cuius excerta dant relationes innocuae A. 1709. p. 690. (f) Im Evangeliſchen Lüneburg p. 205. (g) (Bb. 8.)

tutem facit eccleſia Hamburgenſis, quod piam coniunctionem cum ceteris eccleſiis harum regionum tueri ſtudet. Quam ob cauſam cum huc miſerit reuerendum virum M. Paulum de Eizen Superattendentem eccleſiarum in ea vrbe, vt nobiſcum & cum aliarum vrbium doctis viris colloquens oſtenderet conſenſum. Proximo die Maii 27. quod fauſtum & felix ſit, publicum ei teſtimonium tribuemus.

VII.

Hoſce honores dum conſequebatur, & Rectoris Colonienſis, & Profeſſoris Dialectices in Alma Roſtochienſi iam ornauerat, teſte IO. MOLLERO, (h) qui tamen annum, quo Coloniam, quoue Roſtochium venerit, non addit. Anno autem dicti ſæculi XLVIII. electus eſt lector Theologiæ ſecundarius, & Paſtor templi cathedralis in vrbe patria, anno ſequenti demum ſolemni ritu in hoc munus immiſſus. Cui prouinciæ quum per aliquot annos præfuiſſet, ibidem lector primarius in templo cathedrali & Superintendens d. XVII. Aug. electus, & calendis Sept. anni LV. introductus eſt, teſte STEPH. KEMPIO, (i) & laudato FABRICIO. (k) Hinc a IO. ADOLPHO Holſatiæ duce anno LXII. euocabatur, vt Generalis Superintendentis Holſatiæ & Protecclesiaſticæ aulici (Epiſcopum vocat Sleſuicenſem CHRYSOST. DVDVLAEVS in epiſtola (l) de Iudæo, quem vocant, immortali, quem EIZENIVS vidiſſe, & cum illo fuſius expoſuiſſe refert) partes ſuſciperet, ſimulque Athenæi curam gereret. Quod nonniſi ægre dimiſerint ciuem ſuum Hamburgenſes, inde liquet, quod ei per integrum decennium neminem in Eccleſiæ ſuæ ephoria ſurrogarunt.

VIII.

Scripta edidit multa, & non pauca inedita ſuperſunt, ex quibus ea, quæ mihi innotuerunt, recenſebo. Prodiit autem ipſius

1. Confeſſio de Cœna Hamb. Anno 1557. nomine Presbyterii Hamburgenſis conſcripta, & a ſingulis membris chirographo ſuo approbata, Magdeburgi, itemque

(h) In Introduct. ad hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ, quæ in Bibliotheca Septentrionis eruditi habetur. pag. 177. (i) Im Evangeliſchem Hamburg. pag. 165. (k) l. c. p. 859. (l) Reualiæ edita Anno 1614. & 1634. quam EIZENIIque noſtri teſtimonium pluribus verbis allegat anonymus auctor der Hiſtoriſchen Nachricht von dem ewigen Juden, wobey die Abbildung deſſelben, wie ihn Herr D. Paul von Eitze zu Hamburg in der Kirche geſehen.

que Hamburgi recuſa, a CHRIST. PEZELIO autem impugnata ſcripto ſingulari, cuius MOLLERVS meminit. (m) Proſtat hic liber etiam germanico idiomate, ſub titulo: breuis admonitio de cœna, item defenſio veræ de cœna domini doctrinæ.

2. Commentariorum in Geneſin Liber I. Francof. 1560.

3. Apologia vernacula: Rechte und wahre Meinung göttlicher Schrifft und Augſpurgiſchen Bekäñtniß von etlichen Artickeln, welcher eine ſchlechte Erklärung itzt nöthig iſt, aus der Augſpurgiſchen Bekäñtniß, der Apologie, den Smalcaldiſchen Articuln, und Catechiſmo Lutheri zuſammen gezogen vor alle diejenigen, die Wahrheit und Friede lieb haben. Hamb. 1562. 4.

Præfationem huic libro præmiſſam HENR. MVHLIVS egregiam ac maſculam, librumque ipſum ab Adolpho Principe in litteris ad Saxoniæ Ducem d. 3. Dec. 1576, datis admodum laudatum eſſe refert in commentatione de Reformatione in Cimbria, Diſſertationibus Hiſtorico-Theologicis præmiſſa p. 105.

4. Admonitio de præcipuis capitibus controuerſiarum de cœna Domini Hamburg. 1563. 4. latine edita.

5. Examen catecheticum, cuius tamen impreſſionis annus latet. Id ex MVHLIO (n) didici, hunc librum vna cum ſequenti Principem Adolphum ſingulis terrarum Holſaticarum eccleſiis comparandum ſeruandumque dicaſſe.

6. Ethicæ doctrinæ libri IV. Witteb. 1571. itemque liber V. VI. VII. ibid. 1573. 8. Librum hunc Regis Daniæ FRIDERICI II. & Ducum Holſatiæ nominibus inſcripſit, inque iſta dedicatione ſcholæ Sleſuicenſis iuſſu Principum illuſtriſſimorum tum apertæ meminit, addens: *Notum ſit, omnes nos, qui in publica Schola Sleſuicenſi nuper ad Dei gloriam & Eccleſiæ reique publicæ vtilitatem feliciter aperta, profeſſores doctrinarum linguarum & artium ſumus, ad eum ſcopum & finem noſtros labores dirigere, vt iuuentus ad nos miſſa ita in veris fundamentis, vt loquimur, ſolidæ eruditionis inſtituatur, vt cum a nobis rurſum egreſſi fuerint, non ad rixas, ſed ad res, officiaque in eccleſia & rebus publicis neceſſaria instructi conſpiciantur. Id circo Ethicæ doctrinæ libros, in quibus Philippum Præceptorem imitatus ſum, in publicum emitto. Propediem dante Domino plures Scholæ noſtræ labores prodibunt.*

7. Evangelia der Feſt- und Sontage durchs gantze Jahr mit kurtzen Poſtillen einfältiger Auslegung, Schleßwig 1592. fol.

8. Poſtilla catholica euangeliorum dominicalium & feſtiualium Wittenb. 1572. & Erfurti 1586.

Quanto cum plauſu gratiaque hi etiam libri a Io. Adolpho, duce Holſatiæ fuerint accepti, docet mandatum a MVHLIO (o) integrum inſertum, quo prouinciarum Holſaticarum paſtores explicationes has Eizenianas comparare iubentur.

Inprimis

(m) l. c. p. 581. (n) l. c. p. 120. (o) l. c. p. 208.

Inprimis notatu digna ſunt verba: Daß um der gemeinen Prediger, auch der Nachkommen willen bey eine jede Kirche in dieſem Fürſtenthumben, dieſe Poſtillen ein Exemplar verwahrlich behalten, und von den Paſtorn und Kirchen-Dienern, welche ſonſten mancherley Bücher zu kauffen nicht vermögen, auch allerhand Schrifften, ſo zum Theil verführiſche Lehre inne halten, zu leſen gefährlich, ihre Predigten darnach zu richten gebraucht werden ſollen.

9. Tröſtlicher einfältiger Unterricht, wie ſich ein Chriſt in den Gedancken von der göttlichen Ausverſehung und Erwehlung halten ſolle. Sleſuici 1581.

Liber hic ad fratrem Reine von Eitzen ciuem Hamburgenſem miſſus denuo cum eiusdem Tractatu de cœna auctior prodiit ſub titulo: Chriſtliche Unterweiſung, wie von den zweyen Artikeln Chriſtlicher Lehre und Glaubens, von göttlicher Ausverſehung, und vom Heiligen Abendmahl unſers lieben HErrn JEſu Chriſti aus wahrem Grunde göttlichen Worts zu Beweiſung der lautern Wahrheit gegen allerley Secten und Irrthüme könne beſcheidentlich ohne ärgerlich Gezäncke, Sprach gehalten werden.

10. Epiſtola ad WILHELMVM Haſſiæ Landgrauium, qua de cauſſis exponit, quibus adductus Formulæ Concordiæ ſubſcribere non potuerit, quam MOLLERVS (o) inter inedita EIZENII retulerat, MVHLIVS (p) publici iuris fecit.

11. Urſachen, warum die Subſcription des Bergiſchen Buchs billig ſoll werden abgeſchlagen, genommen aus dem ernſtlichen Befehl Chriſti, Matth. VII, 15. Scriptum hoc totum addito reſponſo IAC. ANDREAE, cuius titulus: Bericht auf die vermeinte Urſachen D. Pauli von Eitzen, warum er die Formulam Concordiæ nicht unterſchreiben könne, LEONH. HVTTERI Concordiæ concordi (q) inſertum deprehenditur, quod vero inſcio & inuito ADOLPHO Holſatiæ duce editum litteris laudati Principis ad Electorem Saxoniæ eſſe demonſtratur. Ceterum ſcripti ab EIZENIO conſignati ROD. HOSPINIANVS (r) meminit, eiusdemque epitomen, CYPRAEVS (s) translationem integram dedit.

12. Iuramenti formula præſtanda miniſtris & doctoribus eccleſiæ in ducatu Holſatiæ, vulgo Holſteiniſcher Prieſter-Eid.

Exhibetur ab HVTTERO loco iam adducto, (t) quam multi probant, nonnulli autem reprehendunt. Illis adnumeratur IAC. FABRICIVS, Holſatiæ quondam Superintendens, qui in fine iurisiurandi adiecit: Dieſen Eid hat kein Schelm gemacht, ſed acerrimus propugnator Auguſtanæ confeſſionis, diſcipulus verus Lutheri & Philippi, vt ipſius ſcripta & labores demonſtrant. His accenſendus eſt M. ANDR. POVCHENIVS, cuius treuhertziges und Chriſtliches Bedencken

D von

(o) l. c. p. 185. (p) p. 183. (q) Lib. I. c. XII. p. m. 103. b. (r) Fol. 71. (s) In annalibus Epiſcoporum Sleſuicenſium. (t) p. 102.

von dem Holſteiniſchen Prieſter-Eide, welches dem Ehrwürdigen Miniſterio in den Kirchen des Niederſächſiſchen Fürſtenthums zu ſchweren iſt proponiret und angemuthet worden, ex Miniſterii Lubecenſis Actis integrum communicat CASP. HENR. STARCKIVS (u) qui ſimul refert in eo fuiſſe nonnullos, vt ad dictam formulam etiam inferioris Saxoniæ Theologos obſtringerent.

IX.

Nec inedita deſunt EIZENII ſcripta, quorum nonnulla enarrabimus, ne partibus noſtris defuiſſe videamur.

1. Nouam locorum Theologicorum Philippi Melanchthonis editionem parabat adnotationibus ſuis ex ſcriptis veterum auctiorem, teſte MVHLIO (x) & MOLLERO (y) quorum ille ſimul fatetur, ſe ineditas illas adnotationes manu IACOBI FABRICII deſcriptas poſſidere. Præterea ſuperſunt EIZENII

2. Gründlicher Bericht, daß Philippus Melanchthon inſonderheit bis an ſein Ende mit Luthero und unſerer Kirchen einig blieben ſey.

3. Commonefactio de libro Bremenſi.

4. Inſtitutiones religionis chriſtianæ.

5. Erinnerung der Urſachen, warum das Torgiſche Bedencken, und emendirte Bergiſche Buch zu unterſchreiben billig und Chriſtlich ſoll geweigert werden.

6. Bedencken von der Formula Concordiæ, und allen ihren Articuln.

7. Entdeckung und Verwerffung der neu-geſchmiedeten Confeſſion Iac. Andreæ an Friderich II. König von Dännemarck.

8. Kurtze Verzeichnung etlicher vornehmen bedencklichen Puncten in Formula Concordiæ.

Præter hæc modo dicta, quæ in eruditorum quorumdam (aa) virorum bibliothecis deliteſcunt, ſcripta MVHLIVS litterarum per octo annorum ſpatium inter EIZENIVM, & celeberrimos iſtius æui Theologos frequentatorum mentionem facit, quarum nonnulla volumina in auctione quadam Hafnienſi diſtracta eſſe dolet, quaſdam ipſe poſſidere ſe fatetur.

X.

Quanta iſto tempore EIZENIVS fuerit auctoritate, partim ex ſuperioribus, partim ex his patet HENR. LEVCHTERI (bb) verbis: In dieſem Jahr (1576.) als D. Henricus Vietor Profeſſor und Mit-Prediger zu Marpurg geſtorben, haben die beyde Fürſten Landgraff Wilhelm und Landgraff Ludwig ſeine Stelle wieder zu erſetzen

(u) Hiſtor. eccleſ. Lubecenſis Tomo I. p. 523. ſeq. (x) l. c. p. 378. (y) l. c. p. 110. (z) l. c. p. 179. (aa) l. c. p. 103. (bb) In antiqua Haſſorum fide chriſtiana & vera p. 227.

erſetzen begehrt. Dauidem Chytræum von Roſtock, item Paulum ab Eizen, ſo dann auch Heerbrandum von Tübingen, endlich aber iſt ihnen auf ihre Bitte vom Hertzoge zu Würtemberg D. Ægidius Hunnius aus der Kirchen und hohen Schulen zu Tübingen gefolget worden. Vt non dicam, quod MVHLIVS illum ab Electore Saxoniæ ad ornandam Wittebergam fuiſſe euocatum referat. (cc) Certe, ſi non aliunde, ex hoc conſtare poterit, quanto fuerit in pretio, quod, vt conuentibus, quos vocant theologicis, iſta ætate frequentibus & ſæpius repetitis intereſſet, idemtidem fuit requiſitus. Ita interfuit noſter, quum plures doctores theologi Brunſuigæ eſſent congregati, vt lites, quas vocabant, adiaphoriſticas componerent, anno MDLVII, atque tum articuli quidam auctoritatibus doctorum præſentium confirmati ſunt, teſte RETHMEYERO. (dd) Eodem tempore ad componendas, quæ theologis intercedebant cum Philippo Melanchthone lites Wittebergam mittebatur vna cum aliis, quibus litteras ſic dictas reuerſales obtulerunt Flacius & Wigandus, quas ex actis Miniſterii Lubecenſis exhibet STARCKIVS. (ee) Nihil tamen effectum eſſe, nec ex voto EIZENII & ſociorum itineris ac laboris rem ſucceſſiſſe, PEVCERVS in epiſtola ad CAMERARIVM oſtendit, quam FELLERVS (ff) exhibet, in qua haut leuiter Saxonicos illos legatos perſtringit. Anno huius ſæculi ſexageſimo Ienenſes Flacio interprete EIZENIVM rogabant, vt in eadem cauſſa cum ſic dictis Synergiſtis opem denuo ferret, videretque vtrum ad ſaniorem mentem redigi poſſent, quibus precibus tamen locum noſter & vniuerſum, quod vocant, Miniſterium Tripolitanum non reliquit, fortaſſe quia anno LVI. nihil cum Philippo effecerat. Ita enim coniicit STARCKIVS, (gg) qui ipſas Ienenſium litteras alias ineditas exhibet. (hh) Anno qui hunc ſequebatur Bremam vocabatur

 cum

(cc) l. c. p. 110. (dd) Antiquit. Eccleſ. Brunſuic. Part. III. p. 230. Articulos ipſos ſic dictos zur Vergleichung zwiſchen den Adiaphoriſten und des wahren Evangelii Bekennern dienlich exhibent relationes innocuæ anno 1702. p. 634. (ee) l. c. p. 178. ſeqq. (ff) In notis ad Io. Maioris Synodum auium, quam adiectis ad nonnullos annotationibus ex Manuſcripto actis litterariis inſeruit cel. STRVVIVS Tom. I. Faſc. I. p. 34. ſeqq. (gg) l. c. p. 155. ſeqq. (hh) p. 198.

cum nonnullis aliis magnæ dignationis viris, vt cum ALB. HARDENBERGIO colloqueretur, eumque, ſi fieri poſſet, eccleſiæ Bremenſi conciliaret, quod ipſum negotium Brunſuigæ agebatur, ſed nec heic ſucceſſus voto reſpondebat, vt pluribus docent REHTMEYERVS, (ii) STARCKIVS, (kk) LOESCHERVS. (ll) Nec prætereundus eſt Theologorum quorumdam congreſſus Luneburgenſis, ea de cauſſa celebris, quod confeſſio Auguſtana denuo recognoſci & exemplorum conformitas curari debebat hactenus deſiderata. Prius in oppido Mollen conuenerant, quam Luneburgum petebant, vtroque in loco erat EIZENIVS, ipſis etiam articulis Luneburgenſibus ſubſcribebat, adduci autem non poterat, vt, quum imprimi deberent, denuo ſubſcriberet. Mirati ſunt Theologi reliqui EIZENIVM conſilium mutaſſe, & ipſe HAMELMANNVS haut parum commoueri ſe in epiſtola (mm) ad CHEMNITIVM ſignificabat, EIZENIVM huic ſynodo reclamare audiens. Veram tamen omnino fuiſſe eius reclamationem euentus docuit, quippe anathemata iuſto rigidiora in diſſentientes viſa ſibi eſſe declarauit EIZENIVS in apologia vernacula, cuius ſupra fecimus mentionem. (nn) Præterea celebrabat quoque conuentum Serueſtanum, qui in annum ſæculi huius LXX. incidebat, cui interfuiſſe teſtantur relationes innocuæ, (oo) decretum huius concionis exhibentes, pluribus hac de re agente IO. CHRIST. BECMANNO. (pp) Inde ad oculum patere arbitror, quanta fuerit EIZENII exiſtimatio. Adderem de hiſce conuentibus theologorum plura, niſi adhuc vel tribus meminiſſe me oporteret, quod IAC. ANDREAE ab ipſo petierit, vt ſibi in Formula Concordiæ adeſſet, qua tamen in re tantum abeſt, vt voti compos redditus ſit, vt potius ab hoc negotio amplificando fuerit quam alieniſſimus EIZENIVS. Epiſtolæ ad Landgrauium Haſſiæ hac de re ſcriptæ mentio iam ſupra facta eſt, quo iubente ſcriptum illud compoſuiſſe dicitur, in quo cauſſas adducit, quibus motus

partes

(ii) l. c. p. 242. ſeqq. (kk) l. c. p. 160. (ll) Hiſt. Motuum Part. II. p. 194. ſeq. (mm) cuius excerpta vide apud MVHLIVM l. c. p. 105. (nn) §. VIII. n. 3. (oo) Anno 1704. p. 23. (pp) In ampliſſimo opere de hiſtoria Anhaltina Tom. VI. p. 104. ſeqq.

partes Andreæ deſeruerit. Hoc certum eſt, & MVHLIVS (qq) diſertis verbis teſtatur, EIZENIVM *pro virili operam dediſſe, vt iſtis conatibus conſiliisque in Ducatibus Holſatiæ quouis modo obſiſteret.* Quod ipſum quidem num EIZENIVS fecerit litteris Barth. Meieri, qui Sereniſſimo Haſſiæ Landgrauio a concionibus erat, adductis, quas anno dicti ſæculi LXXX. dederat, vt efficeret ne Formula Concordiæ in ducatu Holſatiæ, ipſaque Dania acciperetur, nunc non diſputabo. Vnum id adieciſſe liceat, litteras, quas modo memini, vt LOESCHERVS (rr) refert, in muſeo Lintrupiano adſeruari, ex quo epiſtolam EIZENII ad Electoris Saxoniæ Auguſti coniugem, qua libellum ſupplicem Electori ipſi transmiſſum de non publicanda Formula Concordiæ enixe commendat, communicant relationes innocuæ, (ss) negotium autem formulæ dictæ in Dania impeditum a MVHLIO (tt) prolixius commemorari.

XI.

Inde factum eſſe iudico, vt EIZENIVS modo ſummis ad cœlum laudibus extolleretur, modo reprehenderetur. Vt enim taceam Andreæ & Selnecceri encomia, quæ PAVLO noſtro tribuunt, quæque a MVHLIO & MOLLERO (uu) (qui molliorum, vt vocantur, theologorum choragum, & σημεῖον, inter theologos Cimbriæ ἀντιλεγόμενον vocat) cumulate adducuntur, qui in laudando illo quam maxime occupatus, immo totus eſt, omnes illi, qui lene Philippi Melanchthonis ingenium laudant, non poſſunt non EIZENIVM etiam maximis ornare laudibus, qui vt præceptorem hunc ſuum vnice imitaretur, maxime ſtuduit. Neque tamen iſtud ſilentio prætermittendum eſſe duxerim, ne partium ſtudio abreptus videar, lectoris ceterum arbitrio omnia relinquens, id a multis EIZENIO verti vitio, quod inter illos, qui articulis Luneburgenſibus, formulæque concordiæ ſubſcripſerunt, nomen profiteri noluit. Inconſtantiæ itaque arguitur atque leuitatis a STARCKIO (xx) BERTRAMO, (yy) aliisque, quos, ne programmatis limites tranſiliam, nunc lubens omitto,

 quædam

(qq) l. c. p. III. (rr) l. c. Part. III. p. 299. (ss) Anno 1717. p. 211. (tt) l. c. p. 112. ſeqq. (uu) l. c. p. 176. ſeqq. (xx) l. c. p. 160. (yy) Im Evangeliſchem Lüneburg p. 183. nota 27.

quædam, quæ huc faciunt, ex POVCHENII epiſtola (zz) ad Chemnitium, modo addens: *In Holſatia nobilis quidam ex ruſticorum ſuorum templis omnes ſtatuas imaginum ſummouit conſilio & temeritate propria, Eizenio Epiſcopo tacente, & Duce tacente. Et quod non parum me mouet, audio irrequietum Aulandrum noſtrum neſcio quid typis publicandum curaſſe, quod Hamburgenſibus & Bremenſibus nuncupauerit, verum mihi id videre non contigit.* Eiusdem POVCHENII epiſtolas quasdam operi ſuo hiſtorico RETHMEYERVS (a) inſeruit, in quibus EIZENIVM *χυμικὸν Holſatiæ* appellat, non tamen *metallorum*, ſed *verborum*, vt, qui ſub IOANNIS FRANC. ASPASTIS nomine latere voluit, FRANC. HOTOMANNVS explicat. Ambitione etiam vexatum illum eſſe perhibent, quam in rem STARCKII (b) verba adducere licebit: Es hatte D. Paul von Eizen, weil es ihn verdroſſen, daß man ihn nicht auch nebſt andern Theologis mit auf den Conuent nacher Torgau beruffen, aus Ehrgeitz und fleiſchlichen Priuat-Affecten gegen Iac. Andreæ und Brentium ohne eintziger erheblicher Urſach, dem Chriſtlichen Concordien-Buch zu unterſchreiben ſich geweigert.

XII.

Supereſt, vt de morte EIZENII quædam addamus. Incidit illa in annum MDXCVIII. Quamuis enim diarium Lipſienſe der Bücher-Saal (c) vocatum illum anno XCV. die XXIII. Febr. ex hac vita diſceſſiſſe referat: MOLLERVS (d) tamen falſa hæc eſſe refert. Anno enim XCIII. rude donatus, & quinque annis elapſis mortuus eſt. Monimentum illi poſitum in æde Sleſuicenſi cathedrali, & ſub effigie eius ſequens elogium conſpicitur, quod ex MVHLIO repetemus: *Prædicamus Chriſtum crucifixum Paulo ab Eizen, S. S. Theol. Doct. Eccleſ. huius Superint. puriorisque doctrinæ iuxta Auguſtanam Confeſſionem defenſori acerrimo filius Paulus, Paulus Cypræus, I. V. D. D. & Wolfgangus Kalund, Generi cum vxoribus Getrude & Margareta amoris ergo. F. F.*

XIII.

Ex filiis quos reliquit, præter Paulum patri cognominem, non

(zz) quam Starckius inſeruit. l. c. p. 538. (a) l. c. Supplem. Part. V. p. 158. 204. 207. (b) l. c. p. 377. (c) Tom. V. p. 131. (d) l. c. p. 177.

non innotuit, qui forte idem ille eſt, cuius STAMMICHIVS meminit in epiſtola (e) ad Chemnitium, his verbis: *Adfuit nuper D. Henichio noſtro priuignus D. ab Eizen Paſtor eccleſiæ cuiusdam in Holſatia, a quo cauſam cur pater ſubſcriptionem recuſaſſet, quæſierat, reſpondit vitricum ſuum ſcripto grauiſſimo cauſas monſtraſſe &c. cum Henichius obiiceret, eas nullius plane eſſe momenti nec dignas tanto Theologo, reſpondit: eum iam pridem Landgrauio plures & longe grauiores cauſas conſignaſſe, propter quas ſubſcriptio merito eſſet recuſanda. Si priuignus de vitrico vera narrauit, meridiana luce erit clarius, quorum inſtinctu ſubſcriptio a Landgrauitis Theologicis ſit recuſata.* Hic ipſe filius eſt, niſi fallor, cuius ratione habita ſe in multis epiſtolis vocauit PAVLVM AB EIZEN ſeniorem.

XIV.

Sed finem commentatiunculæ facio, æquo lectoris arbitrio cuncta committens. Si cognitum eſſet, quonam anno EIZENIVS Coloniam noſtram primum ſalutauerit, fortaſſe certiora quædam de Gymnaſii noſtri Petrini initiis proferre poſſemus, quæ, ſi non ante EIZENII, ipſius certe temporibus fuiſſe credo, quippe inter primos poſt emendata ſacra in hoc bonarum mentium domicilio docuit. Facere tamen non poſſum, quin addam nonnulla vernaculo ſermone mecum communicata, quæ ad Gymnaſii origines pertinent: Anno 1504. ſind in Cölln ſchon Chor-Schüler geweſen, deren drey in der damahls neugeſtiffteten Capelle (iſt der Ort, der noch itzt die Capelle genennet wird) eine Miſſam und horam priuatam mit haben ſingen müſſen.

XV.

Supereſt, vt, quidnam hæc præfandi anſam dederit, paucis ſignificetur. Nimirum quinquaginta anni ſunt, & quod excurrit, quod meritiſſimus noſter BOEDICKERVS ſingulis annis catalogum diſputationum & declamationum publice in Gymnaſio noſtro Petrino habitarum edere cœpit, (ante BOEDICKERI enim tempora nullum illorum vidi) & niſi fallor, hoc ipſo præſtitit, quod nec parentibus, nec diſcipulis, immo nec Patronis &

præ-

(e) Apud BERTRAMVM l. c. p. 436. documentorum.

præceptoribus ingratum eſſe poterat. Parentes enim ita intelligunt, quid egerint ſui, ſaltim quid agere potuerint, ſi ſpecimina diligentiæ ſuppeditata elaboranda ſumere voluiſſent. Diſciplinæ noſtræ alumnis hoc ipſo præciditur occaſio fingendi, deeſſe, in quo ſe exerceant, & vel hac ratione calcar additur, vt, quum reddenda ratio olim ſit, non ſegnes ſed diligentes inueniri ſe patiantur. Patroni colligent, quomodo tempus iuuentutis commodo atque emolumento deſtinatum collocetur. Præceptores denique habent quod recordentur, ſi luſtrare velint, quinam ſub ſignis ſuis militauerint. Quare quum mihi artis oratoriæ præcepta docendi pariter & exercendi iniuncta ſit prouincia, facere non potui, quin præmiſſa de periodis doctrina aliisque huc ſpectantibus minime prætermittendis ipſas elaborationes, quas in ſcholis ſub varii generis chriarum, ſyllogismorum oratoriorum, enthymematum, ipſarumque orationum nominibus appellare ſolemus, meis iniungerem, quas deinde vt publice in conſpectu commilitonum e memoria recitarent, iuſſi. Quæ igitur ſuperiori anno harum exercitationum noſtrarum fuerint argumenta, nunc recenſere inſtitui, ſingulis annis ſequuturis, ſi Deus dederit, pari ratione continuaturus, & præmiſſo quodam ſchediasmate, ne ἀσύμβολος ſim, declamationum themata indicaturus. Sunt vero nomina illorum, qui ſuperiori anno me moderante declamarunt:

LVDOVICVS Beilenberg, Colonienſis March.
optimum eſſe, quod ex diuini verbi fontibus hauritur ſolatium.

MARTINVS Lehmann, Schildbergenſis Neo-March.
eleemoſynas erogare non reddit inopem.

MARTINVS Schmidt, Neo-Marchicus,
de Inſcriptione Xenodochio Numburgenſi præfixa:

Armuth, Schwachheit, Unvermögen,
Findeſt du allhier zugegen,
Dieſen gib was zu der Meſſe,
Glaubs, GOTT giebt reich Intereſſe.

FRIDERICVS Rhode, Magdeburgenſis,
de c[illegible]e in monte Tarpeio Romæ exclamante: ἔϛαι πάντα καλῶς.

GOTTL[illegible]

Gottlieb Renatvs Campe, Colonienſis March.
de laudibus Veſpaſiani Imp.
Fridericvs Rvdolphvs Lüdecke, Oſcanienſis Halberſt.
de DEO malorum vindice.
Ioannes Lvd. Richter, Berolinenſis March.
de fauore, quo Alphonſus Arragoniæ Rex litteras proſecutus eſt.
Theodorvs Rvdolphvs Campe, Colonienſis March.
nulla dies ſine linea.
Io. Lvd Wegener, Cunerſtorff. Meſo-March.
de Charidemo veritatis odium ſuſtinente.
Conr. Ehrenreich Dänicke, Colonienſis March.
de Thoma Moro munus oblatum accipere detrectante.
Frid. Wilh. Voigt, Wrizenſis Meſo-March.
quod plerique fortunæ faſtigium non capiant.
Io. Mich. Hardenack, Perleberg. Prignitius.
de cauſſa peccatorum, quam vocant, morali.
Frid. Rvd. Lüdecke, Oſcanienſis.
de Iulio Cæſare monitis Spurinnæ morem non gerente.
Frid. Wilh. Korin, Colonienſis March.
parentationis ſpecimen elaboratum recitauit.
Frid. Rvd. Lüdecke, Oſcanienſis,
etiam eſt olitor verba opportuna loquutus.
Theod. Rvd. Campe, Colonienſis March.
de bibliothecarum fructu.
Georg. Frid. Sange, Furſtenwaldenſis March.
de auaritiæ fœditate.
Io. Ioach. Reinicke, Groninga Halberſtad.
de librorum vſu.
Conr. Ehrenreich Dänicke, Colonienſis March.
de ſene epitaphium ſibi ſcribente: Hic iacet vir trium minorum.
Theod. Rvd. Campe, Colonienſis March.
de conſiliariorum vſu, quem Principi adferunt.
Christ. Gottlieb Campe, Gielsdorff. Meſo-March.
fide, ſed cui, vide.
Sam. Wilh. Holtorff, Rathenoa March.
de cura minus neceſſaria rerum quarumdam.

E CONR.

Conr. Ehrenreich Dänicke, Colonienſis March.
de legitima vocatione ſacrarum litterarum caloori exſpectanda.

C. G. Bergemann, Zoſſenſis March.
de dicto Tenzelii : non curo ſibilos.

Theophil. Renatvs Campe, Colonienſis March.
de fortunæ varietate exemplo Abdolonymi conſpicua.

I. G. Muſter, Crosnenſis,
de neceſſitate amicitiarum comparandarum.

Io. Lvd. Richter, Berolinenſis March.
quod Principem adiuuet peregrinatio.

Christ. Gottl. Campe, Gielsdorff. March.
Sam. Wilh. Holtorff, Rathenouienſis,
Christ. Frid. Grasnick, Storcouienſis Luſatus,
Io. Frid. Dieckmann, Wricenſis March.
Christ. G. Bergemann, Zoſſenſis March.
de laudibus celeberrimi Iuriſconſulti BRVNNEMANNI expoſuerunt.

Io. Georg. Gädicke, Bernauienſis March.
grata ſuperueniet, quæ non ſperabitur, hora.

Frid. Rvd. Lüdecke, Oſcanienſis,
Theod. Rvd. Campe, Colonienſis March.
Conr. Ehrenreich Dänicke, Colonienſis March.
Gottl. Renatvs Campe, Colonienſis March.
Christ. Gottl. Campe, Gielsdorff. March.
Sam. Wilh. Holtorff, Rathenouienſis,
Christ. Georg. Bergmann, Zoſſenſis,
HVGONIS GROTII memoriam renouarunt.

Georg. Frid. Sange, Furſtenwald. March.
de laudibus Typographiæ.

Theod. Rvd. Campe, Colonienſis March.
de belli ſæuitia.

Conr. Ehrenr. Dänicke, Colonienſis March.
quod litterarum ſtudioſus libris carere non poſſit.

Ioannes Fridericvs Dickmann, Berolinenſis,
gratulatus eſt parenti natalem.

Q. D. B. V.

Q. D. B. V.

MEMORABILIVM COLONIENSIVM SPECIMEN TERTIVM.

VT Conrectores etiam commemorem, inſtituti ratio iubet. Illorum igitur, quos noſſe contigit, nomina ordine duce proferam in medium. Innotuerunt autem mihi ſequentes:

M. NICOLAVS ALBERTVS iam inter Rectores recenſitus, in cuius locum

M. LAVR. Hertzberg, Baccalaureus ſuperior ſuffectus eſt.

ERDMANNVS GNEVICON, qui etiam Gnewickow, item GNEVICVS vocatur, Spandouia huc vocatus eſt a. MDLXXXVIII. Hinc Solquellam diſceſſit, ibique verbi diuini miniſtri munus obiit. Proſtat concio funebris ab eo habita in exequiis Conr. Stillen Conſulis Solquellenſis ad Pſ. XXV, 16-22. Witteb. 1623. 4. Ceterum occurrit alius huic noſtro cognominis MARTINVS Gnewickow, ad ædem cathedralem Hauelbergenſem V. D. M., qui eodem anno, quo ERDMANNVS huc acceſſit, edidit concionem exequialem memoriæ Chriſtophori a Schulenburgk, Canonici & Vice-Senioris ſacram, Berolini impreſſam.

SAMVEL GERVESIVS, cuius iam ſupra mentio facta eſt.

M. MARTINVS GREIFFENHAGEN, vide Rectores.

M. GEORGIVS SCHERITIVS ſucceſſor illi datus eſt.

IOANNES Fiſcher, anno MDCII. Conrectoris ſpartam ornare incipit, poſt Rectoris prouincia illi demandatur, eumque

M. IOANNES Hentze, excepit. Iuuabit hac occaſione cognominis cuiusdam meminiſſe, quod hiſtoriæ litterariæ Marchicæ amatoribus non ingratum fore ſpero. Vtar vero non meis, ſed AD. PANTKII (a) verbis, quæ ita fluunt: *Io. Henceius ſeu* Heintze, *a Blanckenburg, ordinis crucigerorum cum rubea ſtella per Sileſiam & Poloniam Magiſter, ædisque ad S. Matthia Vratislauiæ Præſul. Eum Bernaw, Marchiæ urbs A. XXIV. Iulii A. D. MDLIX. protulit, patre Paulo* [illegible] *Con-*

(a) In Sileſia beneuola virorum inſignium in Marchia Brandeburgenſi natorum nutrice atque fortice p. [illegible]

Conſule, matre Anna Blanckenburgia. Studia vero optimarum litterarum excolentem Francofurdiana Sophorum ſocietas lauru Magiſteriali ornauit. Mutata religione in Sileſiam deductum ordinis Cruciferorum cum rubea ſtella equeſtris & militaris profeſſi ſuum fecerunt, conſonisque tandem ſuffragiis A. MDXC. Succeſſorem deſignauerunt Nicolai Ottonis in ardua eius ordinis per Sileſiam, Poloniamque Magiſtri prouinciæ, cui ipſi annos XIX. inhæſit, donec inflammatio crus alterum, inuadens mortem vero laude digniſſimo contraheret d. IX. Iun. A. MDCIX. a ſemiſſe ſeculi in veris transacti V. ſaltem diebus remoto. Viri laudes eius alii Poëtæ aliique literati vbertim recenſuerunt, earum autem breue ſed felix compendium continet Epitaphium, in æde, cui præfuit, hodieque conſpicuum, quod ei nomen tribuit viri ingenio rerumque multarum vſu præſtantiſſimi, ingeniorum admiratoris ſummi, rei litterariæ fautoris maximi, clientium patroni optimi, antiqua virtute & fide celeberrimi. Hactenus ille.

M. MICHAEL Henfferling, a. MDCIV. docere incepit, a. XVIII. autem ex hac ſtatione diſceſſit. Succeſſor datus eſt anno ſequenti

IOANNES ROBACH, Berolinenſis, patre vſus Bartholomæo, Diacono Mariano, quem in catalogo V. D. Miniſtrorum in æde Mariana S. R. PORSTII concioni (b) adiecto videre licet. Noſter vero IO. ROBACHIVS adhuc anno XXX. floruit.

SEBAST. KRIEGER, Cremnicenſis Hungarus huic ſpartæ præfuit, vsque dum anno XXXIX. mors laboribus eius ferias fecit. Succeſſit in ipſius locum

M. STEPHANVS GRESSIVS, Buchauenſis Bohemus anno iſtius ſæculi II. natus patre vſus Senatore. Præceptoribus vſus Rectore Ellenbogenſi in Bohemia M. GEORGIO GOEZIO, & Sneebergenſi M. CHRISTOPH. Kerln, nec non Halberſtadienſi PAVLO DOLSCIO, quo duce diſputandi exercitia ſtrenue agebantur. Annum XXXVIII. agens, Wittebergam petiit, inde Prenzlouiam ſalutauit, vbi anno XXXIII. Subrectoris, biennióque elapſo Conrectoris locum ornare incepit tanta fide, vt Rectoris munus illi offerretur eodem anno, quo KRIEGERI ſucceſſor vocatus eſt, nimirum anno XXXIX. d. 26. Oct. Mortuus eſt anno LVI. d. 27. Martii. Concio exequialis memoriæ eius ſacra proſtat ab

(b) Von einem Haußhalter GOttes.

ab ANDR. FROMMIO habita ſub Tit. Der höchſte Schutz der Gläubigen ad Pſalm. III, 4-6.

GERKESHEIMIVS mortuus, ſucceſſorem habuit

SEB. WELLE, qui inauguratus eſt a. LVI. d. 4. Iul., quum iam ante Subrectorem egiſſet. Mortale quod habuit, depoſuit a. LXXII. menſe Nouembri. Multæ proſtant parentationes ab illo habitæ.

IO. BOEDICKERVS illum excepit raro exemplo munus eccleſiaſticum cum ſcholaſtico permutans. Auſpicatus eſt Conrectoris munus anno LXXIII. menſe Martio, illudque ornauit ita, vt biennio elapſo Rectoris prouincia illi demandaretur. Iam inter Rectores commemoratus, ibique de vita eius & ſcriptis expoſitum eſt. Liceat iſtis nunc nonnulla addere. Præter ſcripta enim ſupra iam adducta edidit, vt ſunt.

1) Orationes partim eucharisticè memorabiles, partim luctuoſe lamentabiles Berol. 1686. 8.

2) Rauiſii Textoris epiſtolæ ibid. 12.

3) Viuebat iſto tempore Gymnaſii Berolinenſis Rector WEBERVS, qui quidem Synchroniſmus ſequenti diſticho anſam dedit;

Textor agit telam, compingit vaſa Vietor:
Adferat his operis Iova benignus opem.

4) Zeitlieder. Hymnos illos, dum Conrecturæ adhuc præerat, edidit. Ex nondum editis Pl. Reu. Vir, CAROLVS EDZARDVS BOEDICKERVS, noſtri filius mihi nota reddere voluit, quæ ſequuntur. Sunt vero:

1. *Gratia Supplicans*, Græce primum ſcripta, deinde latine reddita & adnotationibus non vulgaribus illuſtrata. Egregia enim pollebat linguæ græcæ notitia, & hac ipſa ex re non minimam gratiam iniit apud Sereniſſ. FRIDERICVM WILHELMVM M., apud quem BOEDICKERVS interpretem agebat, quum aliquando Epiſcopus Conſtantinopolitanus Græcus, Arſenius, in inſula Pathmo natus in aula Electorali verſaretur.
2. Carmina latina, & germanica.
3. Epiſtolæ ad Patronos & amicos.
4. Collegium epiſtolicum.
5. Collegium de cultura latinæ atque germanicæ linguæ.
6. Epigrammata ſacra, iuuenilia, & varia, in quibus hiſtoriam æui ſui tangit.

Ex iſtis epigrammatibus iucundum imprimis illud, quod auctor confecit, quum adoleſcens eſſet ſexdecennis: *Naſci-*

Naſcitur in Regis FRIDERICVS monte: quid iſtud?
Prædicunt Muſæ: Rex FRIDERICVS erit.

Quod ipſum ſæpiſſime allegatum auctorem ſuum reddidit celeberrimum. Illuſtris auctor hiſtoriæ coronationis Pruſſicæ, itemque cel. LILIENTHALIVS, qui poſt alia eruditiſſima Pruſſiam illuſtratam debemus, mentionem BOEDICKERI faciunt ita diuinantis, eumque Pomeranum vocant poëtam, male vero Bödecker appellatur. (c)

Affectauit quoque BOEDICKERVS noſter mundum ſymbolicum hieroglyphice depictum. Ceterum ob id clarus etiam eſt, quod filias genuit ab ineunte ætate ad præclara & egregia ſtudia habiles.

GEORGIVS GRABOVIVS, Wilsnaecenſis, ante lycei, quod Brandeburgi in noua vrbe eſt, Conrector a. MDCLXVI. huc vocatur ad capeſſendum Subrectoris munus. Cui quum per IX. annos præfuiſſet, Conrectoris ſparta illi committitur, quam quum omni fide adminiſtraſſet, commendante B. Spenero Francofurtum ad Mœnum vocatur, vt ibi faſces Gymnaſii ſuſciperet. Diſcedebat igitur illuc a. LXXXIV. nec tamen vlterius ibi manere ſtatuebat, quam ad annum XCI. quo d. VIII. Octobr. Francofurto Lipſiam, inde huc ſe contulit vitam priuatam publicæ antepónens. Idque ea de cauſſa factum eſſe coniicio, vt munere ſuo ſe abdicaret, quum Arnoldum, qui Prorectoris muneri hactenus præfuerat, eodem, quo GRABOVIVM honore haberi vellent Patroni. Ita enim ex FLORIANO (d) colligo, quod auctor anonymus quidam (e) repetit, cuius verba hæc ſunt: Herr Joh. Gerh. Arnold von Friedberg aus der Wetterau, geweſener Conſiſtorial-Rath, Hiſtor. & Eloq. Prof. und Rector des Hochfürſtlichen Gymnaſii zu Durlach, war anfänglich Prorector, und kam anno 1690. d. 3. Jan. hieher. Allein wegen ſeiner guten Gelehrſamkeit beſchloß anno 1691. den 23. April. der Rath, daß er dem Rector Herr Grabouio gleich gehalten werden ſolte. Als nun dieſer gar wegzog, erhielt er mit allgemeinen Beyfall das Rectorat. Ipſe GRABOVIVS hac de muneris abdicatione ita ſcribit: (f) Inſonderheit dancke ich dir, GOTT, aus Grund der

Seelen

(c) Im erleuterten Preuſſen. Tom. I. p. 307. (d) In chronicis Francofurtanis a Lersnero auctis. (e) In der kurtzen Nachricht von Franckfurt am Mäyn cap. VIII. p. 73. (f) In dedicatione ſcriptorum theologicorum.

Seelen, daß du mein ſehnliches Verlangen erhöret, und durch deine wunderliche Regierung es dahin kommen laſſen, daß ich Gewiſſens halber um meine Erlaſſung anhalten, und nachdem ich dieſelbige erhalten, mein Ambt mit freudigem Gewiſſen niederlegen können. Wie offt dir mein Hertz deßfals gedancket, und mein Mund gegen andere gerühmet, daß du mich ſo weißlich und wunderlich aus dem Verderben geholffen, ſolches iſt dir allwiſſendem GOtt bekandt, und nicht unbekandt, wie hertzlich lieb es mir geweſen, daß ich ſint der Zeit nach deinem väterlichen Willen ohne Ambt gelebet, und wie gern ich noch ſehen möchte (wenn es mit deinem gnädigen Wohlgefallen geſchehen ſolte) daß ich meine übrige Lebens-Zeit ohne dergleichen Laſt zubringen könnte. Sintemahl ich aus eigener Erfahrung weiß, wie ſchwer es zugeht, daß man bey dem verderbten Zuſtande aller dreyen Stände ſein Gewiſſen im öffentlichen Lehr-Amt unverletzt behält. Scripta edidit ſequentia, quibus pietatis ſtudium inprimis amplificare ſtuduit, SPENERO paſſim laudata.

1. Paræneſes ſuper vera docendi ratione in ſcholis chriſtianis, quibus renata iuuentus Spiritu S. bene iuuante ad imaginem IESV Chriſti quotidie magis magisque renouari poteſt ac magnopere debet, Berol. 1679. 12.

2. Ethica chriſtiana Francof. 12.

3. Iudicium de hodiernis comœdiis ibid. 12.

4. Aller Communicanten ſchuldige Pflicht ſo wohl vor, als nach dem heilſamen Gebrauch des hochwürdigen Abendmahls. Berlin 1680. 12.

Hic liber recuſus eſt ſub tit. Würdiger Tiſch-Genoß des HErrn aller Herren. Francof.

5. Glaubens-Spiegel zum andernmahl vorgeſtellet ib. } 1683. 12.
6. Weg zur Wahrheit zum andernmahl herausgegeben ib. } 1683. 12.

7. Aller Gevattern ſchuldige Pflicht ſo wohl bey als nach der Tauffe. Leipz.

8. Entdeckung des ſchändlich und ſchädlichen Werckes der Finſterniß, welches unter dem ſo genannten heiligen Chriſt verborgen iſt. ibid.

9. Danck-Opfer, in welchem zugleich erwieſen, daß das ſo genannte heilige Chriſt-Spiel kein gut Werck oder Mittelding, ſondern ein ſündlich Weſen und ſchändlicher Greuel ſey, gedruckt zum zweyten mahl 1683. Leipz. 12.

10. Von der Pflicht aller Chriſtlichen Eltern. 1688.

In hoc libro quum nonnulla nouitatis ſuſpecta deprehendere videretur MART. DIFENBACHIVS V. D. M. Francofurti, edebat einen Unterricht von den Pflichten Chriſtlicher Schul-Lehrer. Cui tamen GRABOVIVS opponebat Sendſchreiben Luneburgi impreſſum 1691. Anno ſequente Difenbachius edebat nöthwendige Anmerckungen, ibidemque dicit fruſtra queri GRABOVIVM, a nonnullis doctrinam de pietate infenſam reddi.

Hi poſtremi ſex libri una cum aliis tractatibus germanico idiomate ſcriptis [illegible]

e.g. von dem in heiligen Schrifft enthaltenen Wort Gottes, von der Wieder-geburth, von dem geiſtlichen Leben der Wiedergebohrnen, von dem geiſtlichen Tode der Unwiedergebohrnen, von der wahren Gottſeligkeit, von der Pflicht der Kinder und Tauff-Kinder, Berolini recuſi ſunt ſub tit: Theologiſche Schrifften, welche hiebevor einzeln, nun aber mit unterſchiedlichen neuen vermehrt in dieſem Format heraus gegeben. 1697. 8.

Conſtat praeterea GRABOVIUM auctorem eſſe hymni: Nun geh ich hin zu meiner Ruh, leg ab die ſchwachen Glieder, &c.

Epitaphium ei in aede D. Sebaſtiano ſacra Berolini poſitum hoc eſt:

B. M. S.

Requieſcit hic, a laſſitudine temporalis vitae, exanimatum corpus Viri optimi Dn. GEORGII GRABOVII, Wilsnaco Marchici; Qui in ſcholis & academiis humaniores & diuiniores literas ita perdidicit, vt Gymnaſiis, Colonienſi ad Spream & Françofurtano ad Moenum, vtrobique Rector publicus complures annos, memorabili cum laude profuerit & praefuerit. Tandem vero poſt labores quietem, & poſt taedia refrigeria anhelans repetita patria, priuatus ſenectam aetatem Berolini exegit ſeptuagenarius. Natus d. 20. Octobr. Ao. 1637. Denatus d. 8. Iun. Ao. 1707.

M. BERNHARDVS von der Linden, anno MDCXLIX. d. XXVIII. Iun. Perlebergae natus patre vſus eſt cognomine, Roſtochienſi, cleri Perlebergenſis Inſpectore. (g) In ſchola patria, & Coburgenſi Gymnaſio, cui tum praeerat Henr. Baumannus, littera-

(g) Non aegre ferent Marchicarum rerum cupidiſſimi quaedam ὡς ἐν παρόδῳ huius viri (quem anno aet. LV. quum miniſtrum quendam in munus immitteret, apoplexia tactum obiiſſe accepi) ſcripta adduxero, ex quorum vel ſola inſcriptione colligere licet, quod de eccleſia & vrbe Perlebergenſi bene prolixeque meritus ſit.

1. Wunder-Predigt vom Dergentiniſchen Knäblein ſeltzamer Geſtalt, gebohren am Abend für Inuocauit, und damit die Welt beſſer möge feyren den Sonntag Oculi, davon geprediget öffentlich am Sonntage Reminiſcere, Roſtock 1647. 4.

2. Ej. Plünder-Predigt am Perlebergiſchen Denck- und Danck-Tage, welcher jährlich iſt der Donnerstag nach Martini, der lieben Poſterität zur Nachricht auf Bitte und Begehren publicirt. ibid. 1649. 4.

3. Ej. Frieden-Bericht, das iſt, eine in Gottes Wort gegründete Lehr- Buß- und Troſt-Predigt vom Friede in Teutſchland, warum derſelbige ſich ſo lange verzögere Anno 1641. gehalten, ibid. eod. 1641. 4.

4. Ej. Troſt-Schrifft aus Gottes Wort an alle Eltern, welche traurig und betrübt ſind über die todtbaren Kindlein. ibid. 1649. 4.

litterarum ſtudiis imbutus Ienam petiit, vbi præuia præſide IO. MVSAEO diſputatione de Syncretiſmo, honores Magiſtri conſequutus eſt anno LXXII. Hinc Roſtochium ſe contulit, ibique docendi licentiam nactus eo cum plauſu docuit, vt poëticam artem profitendi prouinciam ipſi demandatum iri ſpes eſſet. Verum redibat in patriam, Rectoris munus offerentem, quo ab anno LXXIV. per integrum fere decennium functus, Coloniam ad Conrectoratus ſpartam gerendam vocatus eſt. Quum per anni ſpatium Coloniæ docuiſſet, Brandenburgum abiit, quo Reverendisſimum Capitulum eum vocabat, vt cleri acropolis Brandenburgicæ Inſpector, & eccleſiæ cathedralis Paſtor eſſet. Munus hoc inde ab anno LXXXIV. ad MDCCXXIII. ſtrenue geſſit, quo ipſo d. XXIII. Nou. placide exſpirauit. In memoriam illius in æde baſilica Brandenburgenſi ſequens epitaphium erectum eſt:

Bernhardi ſimilis qui dixit, cœlitus ardens,
Doctor melliſluus, mellea verba loquens,
Bernhardi ſimilis qui vixit, Doctor & ornans
Doctrinam, vita luce nitente nitens;
Bernhardi ſimilis terras & morte reliquit,
Bernhardi in cœlis nunc diadema gerit!

Optimo grauitatis Zelo, & pietatis ardore conſpicuus erat vir beatus, qui examina quæ vocant catechetica, & viſitationes domeſticas pariter atque eccleſiarum, itemque parœneſes in gratiam acceſſurorum ad cathedram homologeticam ſponte inſtituit, tum quidem ob nouitatem quibusdam non adeo gratas, laudatisſimas tamen. Ceterum facere non poſſum, quin profitear me multa ex iis, quæ hactenus enarraui de LINDENIO, debere Reu. LEVEKENIO, eccleſiæ, quæ Chriſto Radenslebiæ in agro Ruppinenſi colligitur, Paſtori vigilantisſimo.

M. IO. PAMBO natus anno MDCLVI. d. 3. Ian. in oppido Zielenzig, patre vſus Ioachimo Senatore, in patria, nec non Francofurti ad Viadrum ſtudiorum tirocinia poſuit, ibidem docente Grunenbergio. Academiæ Viadrinæ ciuis factus anno LXXVI. & ab eadem honoribus magiſtri ornatus ſexennio poſt Rector

Reppenſis anno LXXX. poſt triennii curriculum in patria ad idem munus gerendum expoſcitur, & trium annorum ſpatio elapſo Coloniam vocatur d. 17. Maii, & Conrectoris munus obit. Anno XC. d. 23. Sept. Fürſtenvvaldenſis eccleſiæ Inſpector vicarius, & Succeſſor M. Bernhardi Dresleri conſtituitur, quo munere functus anno MDCLXVI. d. 1. Sept. vitam cum morte commutat. Proſtant centum luſus anagrammatici, a beatæ memoriæ Viro FR. IVL. LVTKENS Regii Conſiſtorii Adſeſſore, & Antiſtite Petrino in honorem eius confecti, & hoc diſticho oblati:

En tibi centenos (tot habent Tua Nomina) luſus:
Oro, centenis vsque fruare bonis.

CHRIST. ROTARIDIS ſucceſſit in illius locum, de quo iam inter Rectores fuſius diſſerui.

M. THEODORVS RHEWEND, Spandouienſis Marchicus ex Conrectore Brandenburgenſi in noua vrbe Sub-Rector Colonienſis anno MDCXCV. & elapſis aliquot annis Conrector conſtituitur. Diem obiit ſupremum anno MDCCIX. 10. Mart. Parentem habuit CHRISTOPHORVM, de quo inter Sub-Rectores.

CHRIST. RVBIN, Col. March. in huius locum vt ſufficeretur, Ruppino vocatus eſt, nunc Rectoris munia ſtrenue obit, quæ ſuſcepit anno MDCCXXIII. d. 24. Nouemb., quo ipſo die ego etiam præuia oratione ſolemni munus, cui adhuc præſum per Dei gratiam, ſum auſpicatus.

Singulis his addo DAN. MEISNERVM, Comment. Bohemum P. L. C. quem Conrectorem Colonienſem quondam fuiſſe legi, annum vero, quo ſpartæ huic præeſſe cœpit, nondum comperi.

Atque hæc ſufficiant in præſenti. Orationes nunc indicendæ ſunt, quas die craſtino nonnulli diſciplinæ noſtræ alumni habebunt, quas plurimi ſuo marte elaborauerunt, horis quidem a IX. ante meridiem, ad XII. & finito prandio a II. ne auditorum beneuolentia abutamur, illos nimis diu detinentes. Argumentum harum orationum non ingratum fore arbitror. Viros enim,

enim, quos Marchia claros habuit, commemorabunt, non quidem omnes, multos tamen: alio tempore, ſi non diſplicere inſtitutum intellexero, plures recenſebuntur. Hoc vero ordine prodibunt, quos in præſenti in ſcenam produco:

GEORGIVS FRIDERICVS Lüdecke, Colonienſ. March.
de efficacia exemplorum domeſticorum exponet, & auditorum beneuolentiam ſibi ſuisque commilitonibus exorabit ſermone latino.

THEOPH. RENATVS Campe, Colonienſis March.
ex Marchia tamquam ex equo Troiano omnium ordinum, & quas vocant facultatum, præſtantisſimos viros prodiiſſe docebit idiomate latino.

THEOD. RVD. Campe, Colonienſis March.
CHRIST. FRID. Graſnick, Storcouienſis Luſatus,
IO. IACOBVS Schultze, Fridrico-Werderanus,
IO. ERNESTVS Bartſch, Charlottenburgenſ.
MART. FRIDERICVS Grünenberg, Falcoburgo Neo-March.
FRID. GVILIEL. Geſerig, Colonienſis March.
de beati Martini Chemnitii vita, & ſigillatim quidem de patria, ſtudiis ſcholaſticis pariter atque academicis, muneribus, ſcriptis, meritis, morte fuſius exponent oratione latina eaque ſoluta.

BERNH. HENRICVS Bäthke, Lychenenſ. Vcaro-March.
de Chemnitiorum in rem litterariam, & Marchiam meritis ſermone vernaculo ſoluto.

IO. CHRIST. Käſtner, Col. March.
exemplo multorum, inprimis Marchicorum docebit infimæ etiam ſortis homines ad honores extolli, ſermone latino ſoluto.

PETRVS FRID. Schäffer, Colonienſis March.
MART. FRID. Schäffer, Berolinenſis,
GOTHOFREDVS Teuchel, Colonienſis March.
IO. CHRISTOPH. Löſche, Friederico polit.
linguæ patriæ, eaque ſoluta de patria Suidigeri, qui poſtea ad Pontificis dignitatem euectus eſt, inter ſe colloquentur, eamque Marchiæ vindicabunt.

IO. GVSTAVVS Reinbeck, Dorotheopolit.
CAROLVS PHILIPPVS Campe, Colonienſis March.
vitam huius Suidigeri oratione ligata vernacula enarrabunt.

Poſt meridiem prodibunt

Christ. Gottl. Spener, Friderico-Werder.
Sam. Bened. Töpfer, Rathenouienſis,
Christ. Gottl. Campe, Gielsdorff. March.
de Hroſvvitha, moniali Gandersheimenſi, eiusque patria, ſcriptis elogiisque expoſituri ſermone vernaculo, eoque ſoluto.
Frid. Sigismvndvs Notteller, Ruhlsdorff. March.
de claris viris Potſtampii natis oratione vernacula ſoluta.
Io. Georg. Gädicke, Bernauienſis.
claros Bernauienſes commemorabit oratione latina ligata.
Sam. Wilh. Holtorff, Rathenouienſis,
vale muſis noſtris dicturus claros Seidelios commemorabit oratione latina ſoluta.
Io. Avgvstvs Vlrici, Zinna Magdeb.
Lampertvs Sigismvndvs Ahlemann, Friderico-Werderanus,
de claris Carpzouiis agent ſermone latino ſoluto.
Conr. Ehrenreich Dänicke, Colonienſis March.
vitam Sam. Stryckii recenſebit carmine germanico.
Io. Andreas Eger, Wettinenſis Magdeb.
Hilfgott Manasse Stockfiſch, Zoſſenſis March.
Gothofredvs Kobler, Berolinenſis,
Io. Frider. Gräfe, Wuſterm. March.
de Leuthingeri patria, muneribus, ſcriptis, moribus, morte exponent ſermone latino.
Io. Frid. Bretſch, Beervvaldenſis Neo-March.
vitam ciuis ſui Ioach. Kettelbutteri tradet ſermone latino.
Io. Christ. Reinhardt, Colonienſis March.
de ritu ſpargendi flores quaedam addet, & auditoribus ſpectatiſſimis gratias aget ſermone latino ſoluto.

Quos vt beneuole audiant, noſtrisque conatibus faueant bonarum litterarum Patroni, Fautores, atque Amici, id vero eſt, quod vehementisſime etiam atque etiam rogo. P. P. d. XVIII. Oct. A. O. R. MDCCXXV.

* * * * *

Q. D. B. V.

Q. D. B. V.

EXERCITIA ORATORIA

D. APRILIS cIↄ Iↄ CCXXVII.

HORA IX.

IN GYMNASIO PETRINO

INSTITVENTVR,

AD QVEM ACTVM

OMNES, QVI FAVENT HV-
MANIORIBVS INGENIIS,

QVA PAR EST OBSERVANTIA ET
HVMANITATE

INVITAT

GEORGIVS GOTHOFREDVS
KVSTERVS,

GYMNASII CONRECTOR.

Q. D. B. V.

MEMORABILIVM COLONIENSIVM SPECIMEN QVARTVM

I. Sub-Rectorum, II. Cantorum, III. Baccalaureorum, IV. Infimorum recenſio. V. Declamationum intimatio ſuperiori anno habitarum.

I.

QVem hactenus ſequutus ſum, ordo præcipit, vt *SVB-RECTORES*, qui in Petrino noſtro Gymnaſio docuerunt, commemorem. Origo illorum in ſeptimum ſuperioris ſæculi annum incidit, quum ante iſtud tempus nonniſi Rector, Con-Rector, Cantor, Baccalaureus ſuperior, atque inferior, nec non Tertianus Coloniæ docuerint. Anno autem M. DC. VII. nouus quidam Collega modo nominatis additus, & Penultimus vocatus, ſucceſſuque temporis hoc Penultimi nomen cum Sub-Rectoris titulo eſt commutatum. Fuit is, cuius memini

MATTHAEVS HARDERVS, Arnsvvaldenſis Neo-Marchicus, anno M. D. LXXX. natus, diſceſſit Sedinum anno XCV. hinc Lubecam, vbi per quinquennium vixit, deinde academiam Marchicam petiit, cuius Doctores impenſe coluit, eorumdemque commendatione adiutus Berolinum migrauit, vbi in ædibus Wernicci-anis præceptorem domeſticum egit, annoque M. DC. VII. Scholæ Colonienſi præfectus, breui autem poſt V. D. M. ad ædem Nicolaitanam Berolinum vocatus eſt, cui quidem ſpartæ vix per annuum ſpatium præfuit, inque coniugio nonniſi XXVII. hebdoma-

das vixit, anno M. DC. VIII. die XV. Oct. defunctus. Proſtat memoriæ eius dicata concio **von dem Amte Chriſtlicher Lehrer, und ihrer gnädigen Belohnung** ad Dan. XII. auctore M. ANDR. MAVRITIO, Præpoſito Berolinenſi.

BARTHOL. CRATIPPVS, vel vt alibi vocatur, CRACIVS eodem hoc VII. anno ſucceſſit, eumque excepit

PAVLVS TEGDENER, cui ſucceſſor datus anno M. DC. XVIII.

IOACHIMVS Stegmann

CHRISTIANVS Jahn ſucceſſit anno XX. quem excepit anno ſequenti

M. CHRISTIANVS CRABATIVS, Colonienſis, primus Sub-Rectoris nomine vocatus, anno XXVI. eccleſiæ Neo-Angermundenſis Præpoſitus, vicinarumque Inſpector conſtitutus eſt, quam prouinciam ornauit vsque ad annum XXXVI. quo ipſo menſe Septembri ad coeleſtia fuit euocatus. Anno XXVIII. MARGARETHAM BRVNNEMANNIAM, vnicam HIERONYMI BRVNNEMANNI Antiſtitis Petrini filiam duxit. Ceterum nonnulla ingenii monimenta reliquit, ex quibus innotuerunt:

1. Chriſtliche Leich- und Troſt-Predigt aus Jeſaiâ LVII, 1. genommen, bey der Leich-Begängnüß Jungfer Anna Ritters, Hrn. Joach. Ritters, Raths-Cämmerers zu Neuen Angermünde, Eheleibl. Tochter, welche 1630. den 26. Sept. durch die Seuche der Peſtilentz hinweg geraffet, und den folgenden Tag darauf Chriſtlich zur Erden beſtattet worden, gehalten, und auf Begehren der hinterbliebenen Eltern, (welche der Leiche nicht folgen dürffen) zu Troſt publiciret und übergeben. Berlin 1630. 4.

2. Glocken-Predigt bey Einweihung der neuen groſſen Glocke zu Angermünde, welche den 21. Jun. 1634. durch GOttes Gnade glücklich gegoſſen, und den Montag nach dem III. Advent, als eine groſſe Laſt von 80. Centnern und drüber, ohne allen Schaden aufgebracht worden, Berlin 1635. 4.

Liceat ex dedicatione concionis huius, quam Senatui & ordinibus opificum primariis inſcripſit, ſequentia referre: Einen ſolchen

chen Zornblick hat auch numehr für anderthalben Jahren, der gerechte GOtt unter uns ſehen laſſen, da Er am Tage Dominici, den 5ten Auguſti, recht mitten in der Nacht, in einem erſchrecklichen Ungewitter unſern Kirch-Thurn mit Feuer und Strahl vom Himmel anzündete, welches angezündete Feuer ſo lange brannte, bis es endlich den gantzen Thurn mit ſeinem innern Gebäude ergriffen, und denſelbigen nebſt denen darinn hangenden ſchönen Glocken im Staub und Aſchen danieder legte. Es wäre auch bey nahe die gantze Kirche zuſamt der gemeinen Stadt im Feuer und Rauch aufgegangen, wo nicht der vielgütige GOtt mitten im Zorn ſeiner Barmhertzigkeit eingedenck geweſen, und ſolche wohlverdiente Straffe gemäſſiget und gelindert hätte. Nun haben wir ſeithero gar ein elendes, klägliches und erbärmliches Geläute gehabt bey unſerer Kirchen und Stadt, weil nicht mehr als ein einziges Glöcklein übrig geblieben, damit man ſigniret und zur Kirchen geläutet hat. Immittelſt hat uns der getreue GOtt hinwiederum mit Gnaden angeſehen, indem Er uns, von dem noch verhandenen, aus der Aſchen leider aufgeleſenen und zuſammen geſuchten Glocken-Gut (worzu andere gutherzige Leute mehr Vorſchub gethan) eine feine wohlklingende gute Neue Glocke, von 80. bis 90. Centner ſchwer, beſchehret, welche den 21. Junii des nechſt abgewichenen 1634. Jahres, von dem Ehrenveſten und Kunſtreichen Chriſtian Heintzen, Churfürſtl. Brandenb. beſtallten Büchſenmeiſtern und Stückgieſſern auf der Veſtung Spandow, durch GOttes Gnade glücklich gegoſſen, und den Montag nach dem 3. Advent, ohne allen Schaden aufgebracht worden. Worauf ich den Sonntag hernach, auf Erheiſchung und Erforderung meines Amts, eine gemeine Glocken-Predigt gehalten.

M. IOACHIMVS DVNCKER anno XXVII. ſucceſſor CRABATII eligitur, anno ſequenti ſucceſſorem nactus

MICHAELEM FAHRENHOLTZIVM, Berolinenſem, qui in ſcho-

la patria & academia Vitembergenſi litterarum ſtudiis probe imbutus anno ſæculi XXVIII. ætatis XXIV. ad obeundum Sub-Rectoris munus vocatur, annoque XXXII. Furſtenvvaldenſium eccleſiæ præficitur, vt Archidiaconi ſpartam ibidem ornaret, cui etiam præfuit vsque ad annum LVI. Memoriæ eius ſacrum eſt Epitaphium in templo Furſtenvvaldenſi ſequens amica manu deſcriptum mihique tranſmiſſum:

D. O. M. S.

Hic ſitus eſt Reuerendus atque Doctisſimus Vir

D. MICHAEL FAHRENHOLTZ,

Archidiaconus Fürſtenwaldenſis meritisſimus, qui Anno M. DC. IV. Berolini, die Michaelis Patre Ioachimo honeſto ciue & Matre Gertrude Waltheria natus. Per annos XXIV. in Schola Patria & Academia Wittebergenſi ad pietatem & artes liberaliter educatus & informatus. Anno M. DC. XXVIII. a Senatu Colonienſi ad Scholaſticum Sub-R. officium, vt & Anno M. DC. XXXII. ab Electore Georgio Wilhelmo ad officium Archidiaconatus legitime vocatus, Anno M. DC. XXXIII. die XXV. Junii cum pudicisſima Virgine Catharina Riſſen matrimonio copulatus Anno M. DC. LVI. de VI. Aprilis inter labores ſacros hemiplexia leniter tactus, ſe Saluatori ſuo reddidit, & die XIII. Aprilis mortalia hic depoſuit Anno ætatis ſuæ LII. & ſupra. Vale Lector & in rem Tuam mature propera, horam ſcit nemo. Poſuit Vidua.

Leich-Text Dan. XII. Die Lehrer werden leuchten wie des Himmels Glantz, und die, ſo viel zur Gerechtigkeit weiſen, wie die Sterne immer und ewiglich.

M. CHRISTIANVS ROSA, Mittenvvaldenſis Meſo-Marchicus, natus anno M. DC. IX. Patre vſus M. SIMONE, Præpoſito Mittenvvaldenſi, qui etiam Formulæ Concordiæ ſubſcripſit, Matre AMBROSII CAMITII, Camerarii Mittenvvald. filia, quæ marito præmatura morte defuncto IO. COCHIO tum quidem Diacono Mittenvvaldenſi, poſt Colonienſi, demum Antiſtiti & a Conſiliis ſacris nupſit, cuius curæ noſter multum ſe debere profeſſus eſt. Traditus in diſciplinam ROMANI & ROBACHII ſupra (a) laudatorum, quibus ducibus haut parum profecit, vsque ad annum ſæculi huius XXVI. quo quidem contagioſa lues ſæuire cœpit, noſtrum-

(a) p. 11, & 36.

ſtrumque Zoſſam petere iuſſit, vbi ERNESTI a GROEBEN arci regiæ Præfecti, & a Conſiliis cameræ filium inſtituit Zoſſæ. Sequenti anno Sedinum diſceſſit Pædagogii Ducalis alumnus factus induſtriæ ſuæ ſpecimina identidem edidit, crebrasque moderantibus, qui tum florebant, Profeſſoribus diſputationes & declamationes habuit, dignus qui annuo ſpatio elapſo Vitembergam concederet, vbi quidem fratris IOANNIS, qui a fiſci Electoralis curis erat, beneuolentia haut mediocriter adiutus litteris ſtrenue operam dedit, Profeſſorum celeberrimorum lateri adhæſit, ſpecimina diligentiæ iterum iterumque edidit, anno ætatis XXI. magiſtri artium honoribus auctus, Ordinis Philoſophici Adiunctus futurus, niſi oblata ad Sub-Rectoris locum ornandum vocatio Coloniam eum vocaſſet anno XXXII. Functus eſt hoc munere per anni ſpatium, & quod excurrit, menſe enim Iunio ſequentis anni Ruppinenſes eum ſcholæ ſuæ Rectorem expetunt, quo quidem in munere eruditionis, induſtriæ, & patientiæ ſpecimina haut pauca edidit, LVIII. annos & quod excurrit, viuendo expleuit, filiumque, qui mercaturam in patria exercet, reliquit. Edidit carmina, programmata, orationes quam plurimas, ex quibus innotuerunt mihi

1. *Suſpiria memoriæ ſempiternæ Herois Maximi GVSTAVI ADOLPHI Suecorum Regis in prælio conſopiti conſecrata, Berolini 4. oratione ligata.*
2. *Oratio de Muſicæ artis laudibus & præcipuo vſu* inaugurationi Cantoris Ruppinenſis anno LVI. præmiſſa, cuius tamen nomen reticet, ita in dedicatione ſcribens: *Is Collega renunciatus meæ directioni præter Anteceſſorum pientiſſimorum mores citraque vllam cauſſam diras rependit pro gratitudine, & famam meam violando nihil veritus fuit contra debitum officium ſannis me immerentem macerare, qui adeo peſſime de me meruit, dignus, cuius nomina iuſte omiſſi potius, vt ne legerentur: dicier hic eſt, qui cornua directori operarum ſuarum obuertiſſe non erubuit.*
3. *Theophania*, cuius meminit Pl. Reu. DIETERICVS, Eccleſiaſtes Francofurtanus meritiſſimus, (*a*) cuius beneuolentiæ noſtra hæc recenſio multum debet.

 4. *Peri-*

(*a*) In dem Anfange, der Hiſtoriſchen Nachricht von den Grafen zu Lindo u. Ruppin p. 216.

4. *Periculum rhetoricum de modo variandi ſententia per tropos & figuras Stetini* 1658. 8. *cui adiuncta eſt*

5. *Oratio inauguralis de prauitate cauillatorum adverſus ſcholaſticum ordinem anno LVII. habita, quum nouum Ruppinenſis Scholæ Cantorem CHRIST. HENNINGIVM, Spandouienſem in munus immitteret.*

CHRISTOPHORVS EILERTVS, Selouienſis March. docere incepit anno XXXVII.

M. IO. HöPNERVS, Munchbergenſis Meſo-M. anno M. DC. XXXVI. Lipſia Roſtochium diſceſſit, vbi per tres annos ſubſtitit, nobilis cuiusdam de Marenholtz ſtudiorum moderator factus, habitisque nonnullis Collegiis Philoſophicis pariter ac Philologicis anno XXXVIII. Decano IO. RAVIO magiſter artium renunciatus. Anno XL. Francofurti ſtudia nonnullorum moderatus eſt, & prælectiones quasdam academicas inſtituit. Anno XLII. Sub-Rector Colonienſis vocatur, & die XXVI. Ian. inauguratur, cui muneri rei familiari operam nauaturus ſponte vale dicit, anno L. die X. Apr. in patriam reuertit, vnde Berolinum redux animum ad negotia forenſia appulit, anno LXXX. Berolini vltimo Decembris die defunctus. Inter alia induſtriæ ſpecimina anno XLIX. die XVI. & XVIII. Januar. actum quemdam dramaticum moderatus eſt, ex cuius intimatione quædam ad hiſtoriam Gymnaſii noſtri pertinentia repeto: Wenn denn wir bey unſer Schulen, von dem, qui ſcit plurimum, berichtet werden, was für unzeitige Iudicia eine Zeit hero von uns gefället, als habe ich auf Genehmhaltung meiner Herren Patronen künfftigen Dienſtag, wird ſeyn der 16. Januarii, GOtt vornehmlich zu Ehren, der lieben Jugend zum Beſten, und der löblichen Bürgerſchafft zu ſonderbaren Gefallen mir vorgenommen, allhier aufm Rathhauſe zu Cölln, nechſt Göttlicher Hülffe, Herrn D. Schottelii neu-erfundenes Freuden-Spiel, genannt Friedens Sieg, durch meine untergebene Diſcipel vorzuſtellen, in Hoffnung, es werde kein friedliebender Menſch mir ſolches verargen, alldieweil alle Aviſen uns von Frieden melden, jedermann gerne davon höret, und viel tauſend Million Seelen inniglich wünſchen,

das Göttliche Geſicht der ſchöneſten Friedens-Göttin einſt wieder anzuſchauen: Auch meinen Diſcipeln nicht übel deuten, dafern die gar zarten Jahre, oder die eine geraume Zeit verbliebene Ubung ihnen kein ſonderlich Meiſterſtück möchten zulaſſen, ich verſehe mich zu ihnen dieſes, daß ſie ihre Schuldigkeit mit Reden und Geberden dergeſtalt werden ablegen, daß ſie, wo nicht von allen, doch von den meiſten Anſchauenden, und zwar von den Guten, werden gelobet werden. Der unzeitigen Splitter-Richter verkehrte Urtheile werden vor dieſesmal ſo geringſchätzig geachtet werden, als ehemals des unverſtändigen Midæ gefälleter Sentenz: Wem nun beliebet dieſer Comödien beyzuwohnen, der kan auf zukünfftigen Dienſtag um 12. Uhr, wird ſeyn der 16. Januar, (da ſie vor der löblichen Bürgerſchafft beyder Städte ſoll geſpielet werden, und denn zukünfftigen Donnerſtags, wird ſeyn der 18. Januar. vor vornehme Herren und gelahrten Leuten) ſich einſtellen, und ſolch herrliches Freuden-Spiel mit anſchauen.

Munchbergam repetens, a Sereniſſ. Electore FRID. WILHELMO M. immunitates quasdam petebat, inque litteris ſuis meminit deprecationis nomine Sereniſſimæ Reginæ Sueciæ viduæ factæ, der Er (vt verba habent) drey Viertel Jahr unterthänigſt aufgewartet. Oblata in Suecia ſparta ſiue eccleſiaſtica; ſiue militari fungi noluit precibus vxoris ductus, quæ patriæ amore tenebatur.

SEBASTIANVS WELLIVS Palæo-Ruppinenſis iam inter Con-Rectores recenſitus.

CHRISTOPHORVS RHEWENDVS, Zechlinenſis Marchicus natus anno M. DC. XXXII. menſe Ianuario patre vſus THOMA, V. D. M. auo MARCO, Theologo tantum non ſæculari. Ex familia materna cognatione contingit MVLLEROS, & BLANCKENFELDIOS, qui ex celeberrimis Marchiæ viris ſunt. Colonienſis Gymnaſii primum alumnus fuit, poſt Sub-Rector anno LVI. vocatus, quinquennio elapſo Spandouienſium myſta expetitus, tum Archidiaconus factus, ibidem anno M. DC. LXXVII. die XIX Iun.

placi-

placide obiit. Effigies viri optimi & linguarum diſciplinarumque peritiſſimi in templo Spandouienſi primario adhuc hodie conſpicitur, his additis verbis: M. CHRISTOPHORVS RHEWENDVS ARCHIDIAC. SPANDOV. FIDELISSIMVS, VIR SOLIDA ERVDITIONE ET ANIMI INTEGRITATE CONSPICVVS NATVS ZECHLINI DIE XV. IAN. 1632. DENATVS SPANDOV. DIE XIX. IVN. 1677. Proſtant ſcripta eius:

1. Leich-Predigt über Rom. VIII, 18. 19. bey dem Leich-Begängnüß Herrn Albrecht Chriſtoph von Qvaſt, Gouverneurs in Spando Anno 1669. gehalten, Berlin eod. 4to.
2. Leich-Predigt über die Worte Davids aus Pſalm XXV, 17. bey der Leich-Begängnüß Fr. Urſulä Schumanns, Hrn. Tobiä Siegerts, Churf. Brandenb. Zoll-Verwalters und Zieſe-Meiſters in Spando Ehefrauen, Cöln eod. 4.
3. Der Schwangern ſonderliche Plage und Troſt, das iſt, Chriſtl. Leich-Predigt von dieſer Materie aus Gen. III, 13. und 2. Tim. IV, 18. bey dem Leich-Begängnüß Frauen Marg. Gottlieb von Ribbeck, gebohrnen von Pfuhlen, Anno 1673. gehalten, Brandenburg eod. 4.

M. CHRISTIANVS TEVBERVS, Cobelinenſis Polonus, vel, quod malebat, Gothenburgenſis Suecus, Cobelini quidem natus anno M. DC. XXXVIII. die XXVI. Martii, ſed Gothenburgi ad annum ætatis XI. educatus, multisque beneficiis adfectus. Sileſiam petente patre LAVRENTIO, qui iura Gothenburgi exercebat, CHRISTIANVS noſter Francofurtum conceſſit, & IO. MOLLERI, quo tum ſchola oppidana Rectore vtebatur, lateri vnice adhæſit. Anno ætatis XVI. dignus academia habebatur iactis egregiis litterarum fundamentis, nihilo vero minus Sedinum migrabat MICRAELII, SCHAEVII, PRAETORII diligentiſſimus per biennium auditor, poſt Vitembergam ſalutabat anno LVII, vnde ſequenti anno Francofurtum redux factus aliorum inſtitutioni operam dedit, ſuosque profectus ita auxit, vt anno LX. Magiſter artium renunciaretur. Quo ipſo anno Sub-Rectorem Ampliſſimus Senatus Colonienſis eſſe voluit, quod quidem munus egregie ornauit.

ornauit. Poſt IV. annorum decurſum Academiæ Regiomontanæ præficiebatur, ibique Græcam linguam docendi prouincia imponebatur, quam docendo ſcribendoque per triennium ornauit. Hoc enim elapſo Francofurtanæ ſcholæ Rector, & ſui quondam Præceptoris MOLLERI Succeſſor datus eſt. Poſtquam igitur ſcholæ, quanta potuerat fide, officia præſtiterat, ad cathedram eccleſiaſticam adſcendere iuſſus, Neo-Ruppinum quidem anno LXX. Berolinum autem anno XC. vt Inſpectoris munere fungeretur, vocatus eſt. Poſtremo huic muneri autem nonniſi per XX. hebdomadarum interuallum praeeſſe licuit, quo ad beatorum concilium euocatus eſt. Ex ſcriptis eius innotuerunt ſequentia

Diſſertatio pro loco habita Regiomonti de Pheiditia 1664.

Göttliches Gebeth-Buch, 1689. 12.

Monumentum eius memoriæ ſacrum in æde Nicolaitana Berolinenſi poſitum recenſet Cl. DIETERICVS, (*a*) qui quidem, nec non Pl. Reu. BERGERVS noſter (*b*) in laudes eius vberius excurrit. Ceterum viri optimi meminerunt BECMANNVS (*c*) Cl. DVVIVS, (*d*) & nuper demum Cl. BAYERVS (*e*) nunc Academiæ Petroburgenſis recens conditæ Profeſſor, qui vero minus recte TEVBERVM noſtrum Con-Rectorem fuiſſe Colonienſem refert.

GEORGIVS GRABOVIVS ſupra adductus, de quo quid addam, nihil habeo.

IO. GEORGIVS ZEIZIVS, Colonienſis natus anno M. DC. XLVII. d. XXIII. Iun. patre vſus ciue & ſartore, ſtudiis dicatus primum ſcholæ patriæ alumnus factus, poſt Halam conceſſit, ibique Gymnaſii florentisſimi ciuibus adſcriptus, (†) eſt anno ætatis

I XVIII.

(*a*) loco ante allegato p. 177. (*b*) In primitiis Berolinenſibus p. 158. (*c*) In deſcriptione vrbis Francofurtanæ p. 69. (*d*) In recenſione Inſpectorum Ruppinenſium p. 7. (*e*) In recenſione MSc. Profeſſorum Græcæ linguæ in Academia Regiomontana, quam Cel. Auctor Pruſſiæ eruditæ inſeruit IV. Parti anni M. DCC. XV. editæ Thorunii p. 34.

(†) Quibus me quoque olim interfuiſſe, meque celeberrimis viris M. ISRAELI FINCKIO nunc inter cœlites agenti, M. IO. IAENICHIO, & GOTHOFREDO KRAVLIO Præceptoribus egregie meritis quam plurima debere gratus prædico, iisdem vitæ longæuitatem, & omnia felicia ex animo precatus.

XVIII. BERGERO & LIPPENIO ea ætate rem ſcholaſticam moderantibus. Ex horum diſciplina ſolido ſtudiorum fundamento poſito Ienam ſalutabat anno LXVII. vnde, quum vix ſesquiannum abſoluiſſet, Præceptore quondam ſuo TEVBERO commendante Francofurtum ad Sub-Rectoris locum capiendum vocabatur, cui per triennium ferme cum laude præfuit. Hinc Con-Rector Ruppinenſis factus, & poſt quadriennium anno LXXV. ad Sub-Rectoris ſpartam in Gymnaſio Petrino euocatus. Quumque etiam heic exſpectationi omnium feciſſet ſatis, ſcholaſticum munus cum eccleſiaſtico mutare iuſſit eum diuina prouidentia. Spandouiæ enim die dominico, qui feſtum diem, quo ſacro ſanctum Trinitatis myſterium publice veneramur, inſequitur, inauguratus, & myſta verbi diuini datus quinquennio poſt vero eccleſiæ Berolinenſi Nicolaitanæ præfectus eſt. Diſceſſit ex mortalium conſortio anno ætatis XLVIII. ingens ſui deſiderium ſuis relinquens. Edidit pompam triumphalem honoribus Sereniſſimi Principis CAROLI AEMILII anno M. DC. LXXV. defuncti.

M. PAVLVS LVTKEMANNVS, Spandouienſis, Roſtochii litteris operam dedit, ibique Præſide celeberrimo Theologo AVG. VARENIO anno LXXI. Diſſertationem habuit de peccato Originis, tum vero Magiſtri honoribus auctus legendo & diſputando inclaruit, & reſpondente fratre ANDREA de quibusdam theſibus miſcellis Præſes diſputauit. Inde redux Scholæ patriæ per aliquot annos Con-Rector, tum Rector, ab anno LXXXI. Colonienſis Sub-Rector, poſt Stolpæ, demum Colbergæ Rector conſtitutus, ibique beate defunctus eſt.

CHRISTIANVS ROTARIDIS, Coſſenſis Hungarus, iam inter Rectores commemoratus.

IO. HOMANNVS, Gymnaſii Magdeburgenſis primum Collega, deinde Kilonium diſcesſit, inde Sub-Rectoris Colonienſis munus auſpicatur anno XCI., anno XCIV. ad docendum verbum Dei in pago quodam Vcaro-Marchiæ euocatus.

M.

M. THEODORVS RHEWENDVS, CHRISTOPHORI filius anno XCV. docere heic incepit, in Almæ Fridricianæ inauguratione Magiſtri honoribus ornatus, & ſupra inter Con-Rectores enarratus.

M. VALENTINVS WERNICKE, Soldinenſis Pomeranus anno XCVI. menſe Auguſto in Sub-Rectoris munus immittitur, annoque M. DCC. eodem menſe in cæleſtem illam academiam euocatur annum ætatis agens XXXII.

M. MARTINVS SEVERINVS, Drepko-Luſatus anno huius Sæculi I. hanc docendi prouinciam ſuſcepit, qua in hunc vsque diem fungitur.

II.

Ex *CANTORIBVS* iſti adducendi ſunt, quorum nomina noſſe contigit, antiquisſimos enim ab anno M. D. IV. non noui.

ANDREAS DEWITZ anno M. D. LXXXIV. acceſſit, defunctus anno ſequenntis ſæculi XIII. d. VII. Febr.

GEORGIVS WALTER anno M. DC. XVI. acceſſit

LAVRENTIVS SIMONIS, qui Phonaſcum Petrinum ſe nominauit, munus Cantoris obire incepit anno M. DC. XVI., cui per longam annorum ſeriem præfuit.

IO. STVRMIVS iam anno M. D. LVI. munus ſuum ornauit, quando autem acceſſerit, latet. Id noui eum anno LXVII. menſe Aprili vitam cum morte commutaſſe, quo ipſo anno ſurrogatus eſt

PHILIPPVS WESTPHAL Regiomonto-Boruſſus, qui per XXXV. annorum ſpatium cantando eccleſiæ & ſcholæ præiuit, anno M. DC. II. defunctus. Succeſſorem habuit

IAC. PFVEL Grünberga Sileſium, ante Cantorem Croſnenſem, in munus Colonienſe immiſſum anno præſentis ſæculi II. die IX. Maii, deceſſit anno IX. die XXIV. Febr. lapſu quodam tragico.

IO. ANDREAS LVDECKE, Oſterburgenſis Palæo-Marchicus, natus anno M. DC. LXXIII. die XXV. Maii patre vſus Ioachimo, ciue & matre Ilſa Mechouia. In ſchola patria, Stendalienſi, Solquellenſi, Vlzenſi, Cellenſi honeſtarum artium ſtudiis operam dedit, inprimis TRILLERO & DELIO multum ſe debere profeſſus. Anno XCVI. almam Iuſiam ſalutauit, anno ſequenti Oſcaniæ in

Principatu Halberſtadienſi Cantoris munia obire incepit, ibidemque, poſtquam oblatam in patria Rectoris ſpartam modeſte declinauerat, vsque ad annum præſentis ſæculi IX. rerum ſuarum ſategit, quo Petrino noſtro & templo & Gymnaſio præeſſe eum exploratа eiusdem in arte muſica peritia haut mediocri, iuſſerunt Ampliſſimi Gymnaſii Petrini, quam ſpartam adhuc hodie ornat, eamque vt diu adhuc ſaluus & incolumis ornet, ex animo precor.

III.

BACCALAVREOS habuit Colonia noſtra ſuperiores pariter atque inferiores, quos recenſere iuuabit. Ex Superioribus innotuerunt, qui ſequuntur:

SEBAST. Graunickel ſubſcripſit Formulæ Concordiæ vna cum Con Rectore SOMMERFELDIO, acceſſit anno M.D. LXXV. biennio poſt defunctus.

M. LAVR. Hertzberg, vocatur anno M. D. LXXX. iam inter Con-Rectores nominatus.

IO. SCHVLTZE anno LXXXVII. vocatur.

MATTHIAS CVNITZ anno M. DC. docere iuſſus.

GEORGIVS FABRICIVS vocatur anno M. DC. II.

GEORGIVS WALTER acceſſit anno M. DC. V. annoque XVI. Cantoris locum ornare incepit

DAVID SCHROETER, biennio poſt

PAVLVS TEGDENER, qui anno M. DC. XIX. d. V. Oct. obiit

IO. MAIOR obiit anno M. DC. XXIII.

IOACHIMVS DVNCKER anno M. DC. XXI. vocatur, poſt Sub-Rector.

IO. PRAETORIVS obiit anno M. DC. XXVIII.

PAVLVS PISCATOR, Soldinenſis, vocatur anno XXX. poſtea Inſpector Storcouienſis, quam prouinciam ornans anno XXXIX. obiit. Monimentum eius in templo Storcouienſi supereſt nomen defuncti & anni emortualis iam dicti præ ſe ferens addito Symbolo: GOtt führet ſeine Heiligen wunderlich. Incidi nuper in concionem ita inſcriptam: Cantoris ſeu Muſici encomium, das iſt, Chriſtliche Hochzeit=Sermon bey der Copulation Hrn. Chriſtoph Spechts, Cantoris in Fürſtenwalde, und Fr. Eliſabeth Schultzens, Hr. Chriſt. Thurle, Raths-Verwandten daſelbſt nachgelaſſenen Wittbe, Berlin 1638. 4.

ANDREAS Fiſcher, Croſnenſis Sileſius, acceſſit anno XXXVII.

ANDREAS BERLIN anno LVII. adhuc vixit

DANIEL COLDEBATZ.

CHRISTIANVS RANSLEBEN, Spandouienſis, natus anno M. DC. L. d. XVIII. Mart. in patria, Brandenburgi, Rathenoæ, demum Coloniæ diſcipulus

pulus EVENII, WVLPINI, FROMMII, GOLZII, MVLLERI. Ienam petiit anno LXXII. induſtrius MVSAEI auditor, hinc Francofurtum diſceſſit, vnde redux inſtituendis liberis partim Spandouiæ, partim Coloniæ operam dedit, anno LXXVII. Baccalaureus inferior, annoque elapſo ſuperior vocatus, anno autem LXXX. habita concione docimaſtica in æde vrbis Fridricianæ a LANGIO Præpoſito Colonienſi inauguratus, primusque eccleſiæ WERDERANAE & Dorotheopolitanæ Paſtor Lutheranus conſtitutus. Vtriusque vrbis templum recens exſtructum præſente DIVO FRIDRICO I. glorioſæ memoriæ Rege inaugurauit. Mortuus eſt anno M. DCC. XIV. ætatis LXIV. officii XXXIV. Ex ſcriptis eius quæ reliquit, vidi ſequentia:

1. Das Marwitziſche Wapen gewieſen, und wie demſelben Fr. Anna Catharina von Wedelin, gebohrne von der Marwitz, vor und nach dem Tode gegleichet, anno 1679. bey Dero Beerdigung gewieſen, Cöln. 4to.
2. Jammer- Ehren- Tod- und Himmels-Berg der Sterblichen bey dem Leich-Begängnüß Hrn. Andreas Albrecht von Freyberg, Churfürſtl. Pommeriſchen Regierungs-Raths, a. 1680. d. 26. Apr. betrachtet, ibid. 4.
3. Jacobs Bekäntnüß von einem neuen Kirchen-Hauſe, bey Einweihung des neuen Evangeliſchen Kirchen-Hauſes aufm Friedrichswerder, a. 1701. d. 10. Jun. aus Gen. XXVIII, 16. 17. vorgeſtellet, ibid. 4. (*a*)
4. Davids Verſicherung, die Er gehabt von ſeinen Zeiten, aus Pſ. XXXI, 16. bey der Leiche Hrn. Joh. Fried. Jergius, Evangeliſch-Lutheriſchen Predigers, anno 1704. d. 22. Jun. vorgeſtellet, ibid. 4.

GEORGIVS PIPERTVS ſucceſſit RANSLEBIO anno LXXXI. Septennio elapſo defunctus ſucceſſorem habuit anno LXXXVIII.

IACOBVM BVTTENIVM Stargardio-Pomeranum in hunc vsque diem de iuuentute ſcholaſtica bene merentem, quem Magnificus Gymnaſii noſtri Patronus perſpecta viri integritate & fide Sub-Conrectorem eſſe voluit, anno 1702. Huius filium natu maiorem *Franciſcum Iacobum*, U. I. Studioſum ſibi grandæuo adiungendum petiit noſter, cuius petito quoque Ampliſſimus Senatus gratioſe annuit vocationemque dedit, quam ſpartam ipſi gratulamur.

I 3 *Ex*

(*a*) Notatu digna ſunt verba huius concionis p. 40. digna quæ heic repetantur: Wenn ein zu unſern Zeiten in denen Geſchichten wohlbeleſener Lehrer einen Böhmiſchen Fürſten, Wentzelaus genannt, rühmet, daß Er ein Theil von ſeinem Schloſſe habe abbrechen und ſeinen Unterthanen eine Kirche dahin bauen laſſen, ſo ſetzt er dabey: Jetzo ſolte man einen um einen Stall anſprechen, und ſelbigen darzu mit Willen nicht erhalten. Aber was dieſer Mann nicht gemeinet, iſt doch hier geſchehen. [illegible]h. Maj. unſer Allergnädigſter König, haben willig Ihren Mar-Stall abgebrochen, und uns denſelbigen zur Kirchen gegeben. GOtt der Allmächtige vergelte dem Könige dieſe groſſe Gnade!

Ex Baccalaureis Inferioribus nonniſi ſequentes noui:

GEORG. Heintz, anno M. D. LXXV.

IO. Hoffmann, anno M. D. LXXXIII.

GEORGIVS FACCIVS, anno LXXXVI.

NICOLAVS SIGFRID, anno M. DC. XVI.

CASP. GEDAEVS, Mittenwaldenſis, anno XXVII.

GEORGIVS GNOSPELIVS, anno XXIX.

SIMON BRENNECCIVS, Brunſuicenſis, anno XXXII.

GEORGIVS Schultze, Colonienſis, defunctus anno M. DC. VIII.

GEORGIVS LEONH. BEYER, Saarbruccenſis anno M. DCC. IX. d. xxix. Iul. inauguratus anno huius Sæculi XVII. menſe Octobri ad Paſtoratum Mega-Schönbeccenſem euocatur, cui adhuc per Dei gratiam præeſt.

GEORGIVS SIGISMVNDVS OTTO, Landsbergenſis Meſo-Marchicus, anno M. DCC. XVII. d. vi. Oct. inauguratur, ſuoque muneri rite præeſt.

IV.

Infimorum Gymnaſii Collegarum vt mentio ſit non plane nulla, illos nominabo, quorum memoria ſuccurrit:

TOBIAS SERNOVIVS iam anno LVI. munus ſuum heic obiit, anno LXXIII. defunctus.

DAVID PRAETORIVS obiit anno LXXXVI. cælebs.

PETRVS HEINRICI anno M. DC. XXXII.

CHRIST. KRVGER moritur anno M. DCC. XXXII.

DANIEL RVMPLER, Templinenſis ante Collega & Succentor Stendalienſis PRAETORIO adiungitur.

GEORGIVS NAVCKE, Mittenwaldenſis moritur anno M. DCC. IX.

GABRIEL FRIESE, Colonienſis auſpicatur munus anno M. DCC. X. d. V. Maii quod adhuc hodie ornat.

V.

Indicanda nunc ſunt pro more hactenus recepto argumenta, quæ elaboranda & recitanda exercitationum oratoriarum loco ſuppeditaui.

Io. Frid. Bretſch, Berwaldenſis Neo-Marchicus.

Gothofredus Lud. Wiegener, Storcovienſis Luſatus.

Theod. Rud. Campe, Colonienſis M.

Georg. Frid. Sange, Furſtenwaldenſis Meſo-M.

Conr. Ehrenreich Dänicko, Colon. M.

Gottlieb Renatus Campe, Colon. M.

De nouo anno & ligata & ſoluta oratione, latino pariter & patrio idiomate gratulati ſunt

Frid.

Frid. Rud. Lüdecke, Oſcania-Halberſtad.

De iure Magiſtratus.

Io. Chriſt. Krauſe, Colon. M.

Gratulatus eſt de natali.

Gottlieb Ren. Campe, Colon. M

De mundi vanitate.

Sam. Wilh. Holtorff, Rathenouienſis M.

De fratrum concordia rara.

Io. Ge. Gädicke, Bernauienſis M.

De nonnullis Romanorum, qui fortisſimos ſe præſtiterunt.

G. F. Wedigen; Colon. M.

De reſurrectione Chriſti.

Lamp. Sigism. Ahlemannus, Fridrico-Werderanus.

De non fucata Damonis & Pythiæ amicitia.

Io. Iacobus Schultze, Fridrico-Werder.

De conſcientia rectæ voluntatis maxima rerum incommodarum conſolatione.

Conr. Ehrenr. Dänicke, Colon. M.

De latronum ſuppliciis.

Chr. Gottl. Kampe, Grelsdorff. Meſo-M.

De prouidentia diuina.

Io. Frid. Gräfe, Wuſterm. Meſo-M.

De nimia fragilitatis humanæ in rebus proſperis obliuione.

Georg. Frid. Sange, Furſtenwald. March.

De inconſtantia Iudæorum, qui ad Chriſtianorum ſacra tranſeunt.

Georg. Frid. Lüdecke, Colon. M.

De vario hominum ſtatu & conditione.

Hilffgott Manaſſe Stockfiſch, Menzenſis March.

Gratulatus eſt natalem parenti.

Theod. Rud. Campe, Colon. M.

De conſcientia prauæ voluntatis.

Gottl. Renatus Kampe, Colon. M.

De conſortio quodam Lipſiæ tempore ſæuientis luis conſtituto.

Io. Gottlieb Laſſer, Falcobrugo Neo-March.

Conſcia mens praui ſolio terretur inani.

Martinus Frid. Grüneberg, Falcob. Meſo-March.

Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere diuos.

Frid. Sigismundus Rottellerus, Rühlsdorff. March.

De obedientia parentibus præſtanda.

Io.

Io. Erneſtus Bartſch, Charlottenburg. M.

Junges Blut, ſpare dein Gut, Armuth im Alter wehe thut.

Mart. Frid. Gruneberg, Falcob. Neo-March.

De garrulitate in æde ſacra.

Io. Chriſtoph. Reinhard, Colon. M.

De iudice a ſtudiis partium alieno.

Io. Frid. Gräfe, Wuſterm. March.

De vſu actuum oratoriorum.

Hilfg. Manaſſe Stockfiſch, Mentzenſis Marh.

Wenn mann Stockfiſches genieſſen will,
Muß man ihn vorher klopffen viel:
Alſo giebts auch viel faule Leut,
Die nichts thun, wenn man ſie nicht bleut.

Idem *de perſeuerantia hominis chriſtiani.*

Lampertus Sigismundus Ahlemannus, Friderico-Werder.

Spernere nullum, ſpernere mundum, ſpernere ſeſe,
Spernere ſe ſperni, quattuor ipſa beant.

Io. Iacobus Schultze, Friderico-Werder.

Pecunia mater belli.

Gottl. Renatus Campe, Colon. M.

De vitanda ignauia.

Theod. Rudolph. Campe, Colon. M.

Gottl. Renatus Campe, Colon. March.

Sam. Wilh. Holtorff, Rathenouienſis.

Io. Ge. Gädicke, Bernauienſis.

De nupera eaque crudeliſſima laniena Thorunenſi.

Io. Frid. Dickmann, Berolinenſ. March.

De Felicitate Ruſſorum aucta per Academiam Petropolitanam.

Theod. Rud. Campe, Colon. March.

De Moneta in Nuptias Regis Gallorum cum Maria celebratas cuſa.

Chriſt. Henning Blaurock, Belgard. Pomer.

De Bucephalo.

Martin Frid. Grüneberg, Falcob. Neo-March.

De Pœnis damnatorum.

Io. Benj. Temper, Magdeb.

Parua ſæpe ſententia contemta magnum parit incendium.

Conr. Ehrenreich Dänicke, Colon. March.

Laborandum.

(o)

Q. D. B. V.

MEMORABILIVM COLONIENSIVM SPECIMEN QVINTVM.

I. Inſtituti ratio exponitur. II. LVTKENII patria, inſtitutio ſcholaſtica & academica. III. Vita poſt academica, amor ſtudii Biblici. IV. Munera. V. Gradus Doctoris Theologi. VI. Scripta edita. VII. Inedita. VIII. Merita in primis circa negotium miſſionis Indicæ. IX. Mors. X. Coniugia. XI. Inuitatio ad orationes valedictorias.

I.

Abſolutis diuina adnuente gratia, quæ ad hiſtoriam præceptorum Gymnaſii noſtri pertinere videbantur, non quidem, vt nihil addi poſſe exiſtimem, (ita enim mihi ſuffenus non ſum, vt me perfecti aliquid ſcribere poſſe putem, vt potius ſupplementa quædam cum DEO & die additurum me ſpondeam, quam in rem nonnulla iam collegi, plura vero illorum ope, quibus patriarum rerum ſtudium non ſordet, collecturum me ſpero) ſed quantum hactenus in re hiſtorica, inque argumento, in quo ducem non habui, inueſtigare licuit, ad templum noſtrum Petrinum Gymnaſio proximum accedo, de vita, ſcriptis, meritisque illorum expoſiturus, quos Colonia noſtra habuit oraculorum diuinorum interpretes. Ordinem igitur Præpoſitorum Colonienſium ſequi deberem, niſi cauſſis quibusdam inducto in præſenti eligendus eſſet FRANCISCVS IVLIVS Lütkens, vir de eccleſia, & noſtra maxime Colonienſi meritiſſimus, quem eadem cum B. SPENERO ætate heic vixiſſe, non exiguam Berolino felicitatem conciliauit.

II.

Patria noſtro fuit pagus Ducatus Saxo-Lauenburgici Delitz dictus, cui vitam, Luneburgo autem inclitæ vrbi inſtitutionem ſe debere profitetur, (a) eamdem inſignium beneficiorum & collatorum ad ſtudia continuanda ſubſidiorum memor matris inſtar veneratus. Octo enim annos natus, natus autem eſt anno MDCL. a d. XI. Cal. Nouemb. ſcholæ Senatoriæ, quæ Luneburgi floret, Præceptorum diſciplinæ traditus per decem annorum curricu-

(a) In der Erkenntniß der Wahrheit zur Gottſeligkeit. (Præf. a. 6.)

lum rerum ſuarum ita ſategit, vt poſitis ſolidis fundamentis anno LXVIII. Vitembergam ſalutaret. Qualem ibi ſe geſſerit, vel inde patet, quod celeberrimus vir AVGVSTVS PFEIFFERVS inter alios LVTKENII quoque noſtri nomini inſcripſerit prælectiones in Ionam anno LXXI. editas, ſemel iterumque, & poſtremo quidem in Belgio vna cum reliquis ſcriptis philologicis impreſſas.

III.

Vtrum aliam adhuc academiam præter Vitembergenſem ſtudiorum habuerit matrem, latet quidem: id vero eſt, quod ipſe nos docet, ſe ex academia reducem Lauenburgi primum, tum Hamburgi, Luneburgi denique per aliquod tempus ſubſtitiſſe, & ESDRAE EDZARDO, quo magiſtro linguæ Hebraicæ penetralia ſcrutabatur, itemque CASPARO HERMANNO SANDHAGENIO vnice adhæſiſſe, quo duce, ſtudii Biblici amore quodam mirifico captus eſt. Audiamus hac de re LVTKENIVM, quo erat candore, ingenue (b) diſſerentem: Geſegnet ſey die Stunde, darinn ich zum erſtenmahle ihm zu Geſichte gekommen, und in ein Geſpräch mit ihm eingeflochten bin. GOtt und ich wiſſen am beſten, mit welcher Liebe der nunmehr ſeelige Mann mich zu ſich, und in ſeine Bibliſche Bande gezogen habe. Qui quidem amor ſtudii Biblici tantum abeſt, vt fuerit imminutus, vt noua creſcentibus annis ceperit incrementa. Teſtantur Collegia Biblica Coloniæ & Hafniæ in gratiam reuerendi Miniſterii Candidatorum habita, ex quibus lectionibus natus quoque eſt liber infra nominandus, qui Collegii Biblici nomine eruditis innotuit, cui præfationem præmiſit celeberrimus Roſtochienſium Theologus FECHTIVS de ſingulari illo LVTKENIANO ſtudio Biblico teſtimonium perhibens. (c) Ipſe beatus LVTKENIVS non diſſimulabat hæc SANDHAGENII Præceptoris ſui merita. Quum enim ὁ δεῖνα am-

(b) l. c. Præfatione, quæ nonnulla ad vitam ſpectantia recenſet.

(c) Ita enim hæc de re: Unſre Diſcurſe waren meiſtentheils Bibliſch. Er fragte in dieſem und jenem meine Meinung, ich hingegen in andern Sachen die ſeinige. Er trug zu dem Ende immer ein kleines Neues Teſtament bey ſich, und ſo bald ein dubium vorfiel, wiſchte er mit demſelbigen hervor. Wenn ein Theologus in meiner Gegenwart ihn zu ſprechen ſich melden ließ, fragte er mich ſo fort, wenn der Diener hinweg gieng, ob er auch

ampliſſimo quodam munere eccleſiaſtico nunc fungens Hafniæ adiret illum, biblicisque curis occupatum videret, id reſponſi tulit a noſtro: Ich bin ein Bibel-Mann, das habe ich von dem ſeel. Sandhagen gelernet. Quid mirum igitur, δυνατὸν eum fuiſſe ἐν ταῖς γραφαῖς velut alter Apollo, quo nomine Pl. Reu. PAPENIVS noſter eum merito inſigniuit iconi eius hos addens verſiculos:

Alter Apollo potens LVTKENS, qui nomine paruus!
Magnus at ingenio, dotibus atque animi!
Cerne Virum! Meditare Dei myſteria ſacra
Quæ exponit! Dices: Alter Apollo potens!

Iuuabit adiungere verba BERNH. RAVPACHII ita de noſtro recitantis: (d) *Quid vero prohibet, quo minus inter Danos referam virum, Germanum licet, ciuitate tamen Danica iamdudum donatum? FRANCISCVM IVLIVM LVTKENIVM intelligo, Scripturarum illum Heluonem, earumque meditationi adeo immerſum, vt in hoc quidem eruditionis genere paucos admodum habeat pares. Loquuntur viri celeberrimi hanc in rem merita ſuggeſtus ſacri, loquuntur lectiones tum publice, tum priuatim inſtituta, loquantur ſcripta ſolidiſſima nihil niſi ſcripturam ſpirantia, loquuntur denique diſcipulorum, qui ad tanti Gamalielis ſederunt pedes, non exiguus numerus, ſuo demonſtrans exemplo, quantum interſit habuiſſe doctorem ſolis diuinorum eloquiorum cibis auditores ſuos enutrientem. Felicem Daniam, tanto gaudentem Scripturarum interprete! Sed quid felicem dico? quid gaudentem? quæ infelici percuſſa fato nuperrimum viri huius religioſiſſimi obitum, non Daniæ tantum, ſed & toti noſtræ Eccleſiæ valde luctuoſum, dolet merito.*

IV.

Munera, quæ ornauit, publica nunc commemoranda ſunt. Primum illud, cui præeſſe iuſſus fuit, erat munus Rectoris in Schola Saldria M. IOACH. FROMMIO (e) de ſcholis & Eccleſia vtriusque vrbis Brandenburgenſis bene merito, ſcriptiſque clariſſimo ſucceſſor dignisſimus datus anno ſuperioris Sæculi LXXVI, quod indulgente Senatu Luneburgenſi auſpicatus, &

auch gern aus der Bibel diſcourirte? So war ihm die Bibel gleichſam ans Hertz gebacken, und waren ſeine Geſpräche nichts anders als Bibliſche Geſpräche. Conf. laudatam Præfationem)( )(1.

(d) Orat. de præſenti rei Sacræ & Litterariæ Statu in Dania p. 13.

(e) Idem eſt ille, qui ſub ficto Anaſtaſii Probi nomine latere voluit, & clauem hiſtorico-Politicam ad contemplationem Electoratus Brandeburgici edidit, quam

ſcholam per triennium, & quod excurrit, moderatus eſt. (f) Factum enim diuino conſilio, vt Magdeburgum vocaretur Diaconus ad ædem Catharinæam futurus, cui ab anno LXXIX. præfuit per quinque annos, Stargardiam diſcedens, amplioribus muneribus præfectus. Paſtoris enim Primarii, Præpoſiti, itemque anno muneris tertio Tribunalis Sacri Adſeſſoris locum ornabat, & Superintendentis vices ſimul obibat, vsque dum anno LXXXVII. Coloniæ noſtræ ipſum amplecti contigit, cui ad annum MDCCIV. præfuit non minus atque profuit Præpoſiti Petrini, & Gymnaſii noſtri Inſpectoris, demum Conſiliarii in Sacris Regii honoribus conſpicuus. Quarto enim hujus Sæculi anno habita die XVIII. Aug. oratione ſuprema Hafniam diſceſſit, vt Sereniſſimo Daniæ Regi a Conſiliis Sacris, Concionibus Aulicis, nec non Academiæ Regiæ Equeſtris Profeſſor Theologus eſſet, quibus iisque grauiſſimis muneribus ad finem vsque vitæ maxima cum laude præfuit.

V.

Iam igitur in eo erat, vt mari ſe committeret Daniam petiturus, quum precibus a Sereniſſimo Principe humillimis contenderet, vt ſibi liceret Roſtochii per aliquot hebdomadas commorari, quo Doctoris Theologi honoribus præuia diſſertatione, quam vocant inaugurali ornaretur, quum tanto in Dania muneri nonniſi Doctorem Theologum præfici exiſtimaret. Verum Rex optimus, qua erat indulgentia, LVTKENII videndi cupidiſſimus velle ſe ſcripſit, vt in poſterum Doctoris titulo vteretur, ac commiſſa ſibi munera auſpicari feſtinaret. Atque ex illo tempore clementia Regia Doctor Theologus eſt appellatus, quo longe digniſſimum iudicabunt illi, qui egregiam illam, qua pollebat, facilem tamen & felicem ſacras litteras interpretandi facultatem, & ſcripta hanc in rem, itemque nonnulla alia edita recordantur.

VI.

quam a iudicio Cel. STRVVII vindicat, eiusque ſcripta ſingula recenſet Cl. GOTTSCHLINGIVS, in rebus Præceptorum Neo-Brandeburgenſium p. 60. ſeqq. Nonnulli, ſed perperam, VALENTINI filium hunc exiſtimant. Plures autem FROMMIOS commemorandi dabitur occaſio in enarratione vitæ ANDREAE FROMMII, Colonienſis quondam Præpoſiti, qui poſt ad caſtra Pontificorum ſe contulit.

(f) Conf. b. SCHLICHTII, Hiſtoriſche Nachricht von der Saldr. Schule p. 81.

VI.

Quoad vixit, pauca quidem ſcripta emiſit in publicum, poſt mortem vero eius demum cognitum eſt, quanta ſit LVTKENIANORVM ſcriptorum præſtantia, adeoque plurima ſunt opera, vt ab eruditis vocantur, poſthuma. Catalogum illorum ſubiicere liceat:

1. Variæ conciones antea ſeorſim editæ partim ferales, partim aliæ, quarum plurimas Coloniæ habuit, vno volumine poſt iunctæ, vt deinceps n. XI. referemus.

2. Send-Schreiben an Hr. D. Spenern, betreffend Hr. M. Schaden, Epiſtola hæc ſcripta anno M. DC. XCVII. d. 27. Febr. & T. I. annalium Theologicorum Loeſcherianorum inſerta p. 780. ſq.

3. Iudicium de gratiæ reuocatricis termino, quod ipſe quidem non vidi, Bibliothecæ autem Fabricianæ Tomo IV. allegatur p. 418.

4. Das Erkänntniß der Wahrheit zur Gottſeligkeit, nach denen fürnehmſten Articuln des Apoſtoliſchen Glaubens-Bekänntniſſes gezeiget, und in Frage und Antwort verfaſſet, Berolini 1703. 8. Vtiliſſimus hic liber in forma, quam duodecimam vocant, recuſus Hamb. 1720.

5. Chriſtliche ohnmaßgebliche Gedancken über die Vereinigung der beyden proteſtirenden Kirchen, 1703. 4. Cogitationes hæ denuo recuſæ ſunt Luneburgi & WEHRENBERGII cogitationibus de eodem argumento adiunctæ.

6. Sieben Cölniſche letzte Montags-Predigten von der Seeligkeit, nebſt der Abſchieds-Predigt aus Act. XX, 32. 1704. 8uo. Recuſæ ſunt hæ conciones, & inſertæ volumini n. XI. allegato.

7. Die unfehlbahre Gewißheit aller Gläubigen von den beyden groſſen Wohlthaten ihrer Rechtfertigung und Heiligung aus 1. Ioh. I, 9. in Gegenwart der Königl. Herrſchafft erwieſen, 1706. 8. Concio hæc Hafniæ habita etiam dicto volumini inſerta eſt.

8. Rettung, darinn D. Schwartzens Brief nach der Wahrheit geprüfet, und dargethan wird, es ſey eine in GOttes Wort gegründete, in unſern Symboliſchen Büchern wiederholete, und von ſo vielen rechtſchaffenen Theologis beſtätigte Lehre, daß die Gläubigen das ewige Leben nach einigen Gütern deſſelben und dem Anfange nach hier auf Erden ſchon würcklich haben und genieſſen. Prodiit hoc ſcriptum quibusdam aliis iunctum Hafniæ ſub Tit. Vier Schrifften, betreffend die würckliche Seeligkeit der Gläubigen in dem Gnaden-Reich hier auf Erden, 1708. 4.

9. Send-Schreiben wegen der Däniſchen Miſſion in Tranquebar. Epiſtola hæc anno M. DCC. IX. d. 29. Mart. ſcripta inſerta eſt relationibus de negotio hoc Halæ impreſſis Tomo I. p. 64. ſeq.

10. Collegium Biblicum ſecundum locos Theologicos adornatum, das iſt, die vornehmſten Glaubens-Lehren aus den bündigſten Sprüchen Heil. Schrifft, Hafniæ [illegible]. 4. Cum cenſura & approbatione Facult. Theol. Lipſienſis & Præfatione Fechtii.

11. Leich

11. Leich- und Miſcellan-Predigten, wie auch Stand-Leichen- und Hochzeit-Reden, worinnen viele 100. auserleſene Bibliſche Sprüche gründlich, deutlich, und erbaulich erkläret ſind, Lipſiæ 1716. 4.

12. Tomus II. prodiit ibidem continens XVII. Sonn- und Feſt-Tags-Predigten über die ordentlichen Evangelia, XLVII. Wochen-Predigten über auserleſene Sprüche Alten und Neuen Teſtaments, XXIV. Caſual- und Hochzeit-Predigten über beſondere Bibliſche Texte.

13. Tractat von der Polygamie und Concubinat, darinnen gewieſen wird, daß Polygamia ſimultanea mit GOttes Wort und in gemachter göttlichen Ordnung nicht beſtehen könne, ſondern ſündlich, und aus vielen Urſachen ſchädlich ſey, ibid. 1719. 4.

14. Gründliche und erbauliche Auslegung der Epiſtel St. Pauli an die Coloſſer, ſammt deſſelben Anmerckungen über die Epiſtel an den Titum. ibid. 1718. 4.

15. LXXXI. auserleſene Buß-Predigten, worinnen nach der Richtſchnur der bündigſten Haupt- und Kern-Sprüche Alten und Neuen Teſtaments, die gantze Lehre von der Buße abgehandelt wird. 2. Theile, ibid. 1720. 4.

16. Ausführliche Erklärung des VIII. Capitels an die Römer, in LXXV. Predigten, ibid. 1721. 4.

17. Geiſtreiche und erbauliche Epiſtel-Predigten über die gewöhnlichen Texte durchs gantze Jahr, nebſt XXI. Paßions-Predigten über die gantze Paßions-Hiſtorie, ibid. 1725. 4. Partes II.

VII.

Editis hiſce ſcriptis adiunguntur nonnulla forſan breui edenda.

(1) Loci communes Theologici (Haupt-Lehren) aliquot centum.

(2) Theologia moralis certis quibusdam dictis Biblicis ſuperſtructa, cuius etiam in præfatione ante laudata celeberrimus FECHTIVS meminit. Sciagraphiam inſtituti huius communicauit humaniſſime Pl. Reuerendus IOHANNES HERM. SCHRADERVS, Paſtor Oldeslöenſis in Holſatia, cui hæc noſtra recenſio multum debet. Ita vero ſe habet: Caput I. agit de Theologia morali. II. de reuelata. III. de ratione illius, qui ex præceptis theologiæ moralis pietam ſectatur. (1) vt credat, & ſit iuſtificatus, (2) ſanctificatus. Qua occaſione de omiſſione mali, & præſtatione boni, deque peccato, quod vocant commiſſionis diſſeritur. IV. de mediis theologiæ moralis, precatione, recordatione fœderis baptiſmalis, verbo diuino, cœna ſacra, diligenti virium gratiæ a Deo collatarum vſu, diuina caſtigatione. Quo facto ad ductum decalogi de virtutibus præcepti I. diuina cognitione, fiducia in Deum, ſpe, animi tranquillitate, amore in Deum, timore Dei, patientia, tum virtutes præcepti II. enarrare incepit, deque inuocatione Dei & iuramentis diſſeruit, plura vero non abſoluit, nec ea quidem addidit, quæ in ſchedis de præcepto III. generatim, & ſpeciatim de die celebrando, de die dominico generatim, verbi

diuini

diuini tractatione debita, lectione, auſcultatione delineauerat. Morte enim præuentus & lectiones ſacras theologicas in gratiam equeſtris academiæ habitas, & alios labores ſacros continuare deſiit.

VIII.

De meritis eius (nemo enim eſt, quin egregie meritum eum eſſe dixerit) vt aliquid addamus, in primis ea commemorare iuuabit, quæ Miſſionis Indicæ negotium ſpectant, quod quidem eo maiori in pretio habendum videtur, quo glorioſius eſt nomini diuino religionis chriſtianæ veritatem inter ipſos paganos amplificari. In amplificando igitur hoc negotio LVTKENIVS noſter totus fuit, operam illorum, qui eccleſiam Chriſto ibidem collecturi, iter ſuſceperunt, quo potuit ſtudio adiuuit, fructumque laborum non inanem intelligens, maximo gaudio perfuſus eſt (g) lecto ferali iam adfixus LODBERGIVMque Profeſſorem Theologum, qui tum moribundo adſtabat, vt ſuo nomine gratias ageret Clementiſſimo Regi, iubens. Reliqua viri beati merita, quibus noſtram quoque obſtrinxit Coloniam, noſtrumque hoc Gymnaſium Petrinum illo in primis tempore, quo de ærario quodam, ex quo viduis atque orphanis præceptorum Lycei huius proſpicitur, condendo agebatur, alta mente manent repoſita.

IX.

Tanta igitur quum fuerint LVTKENII merita, non potuit non triſte ſui deſiderium relinquere, quum anno præſentis Sæculi XII. die XII. Auguſti circa meridiem ex hac vita migraret. Vires corporis & memoriæ vigor iam biennio abhinc defecerant, nec munere ſuo, vt par eſt fungebantur, hinc a concionibus erat rarius, mortique ſe vicinum eſſe intelligebat. Vetuit vero, ne vllis ritibus cærimoniiſque vterentur, quum inferendus eſſet tumulo in cæmeterio ædis Petrinæ, quæ Germanorum ſacris dicata eſt Hafniæ, adeoque nec vllum in honorem eius monimentum ſupereſt. (h) Ceterum id conſtat maximopere confirmatum eſſe eius animum in lecto emortuali verbis optimi Seruatoris Iohan. XVII. 24. quæ heic etiam legi merentur: Πάτερ, οὓς δέδωκάς μοι, θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγώ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ. ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν ἣν ἔδωκάς μοι, ὅτι ἠγάπησάς με πρὸ καταβολῆς κόσμου.

X.

(g) Ita enim inquit: Nun will ich gern ſterben, nachdem ich dieſe Freude erlebet habe. GOtt ſegne den König! Vide relationes modo allegatas Tomo I. Faſcic. VII. præf. c. 4.

(h) B. SCHLICHTIVS mortem eius lapſu quodam tragico acceleratam fuiſſe refert in hiſtorica narratione de ſchola Saldria p. 82. Secus vero ſe rem habere

X

De familia quoque noſtri mentio non plane nulla facienda eſt. Coniugium iniit primum Brandenburgi cum ANDREAE PRAETORII Superintendentis Paleo-Brand. filia, ROSINA ELISABETHA, deinde Hafniæ cum mercatoris cuiusdam (qui filium habuit haud ita pridem mortuum Status in Dania adminiſtrum) ERNSTII nomine filia, quam anno MDCCXI. duxit, quum valetudinem curare, remque familiarem viduus difficulter poſſet. Reliquit nonniſi tres liberos, filias duas, vnumque filium optimæ ſpei, qui ex academiis Germaniæ, quas plures ſalutauit, redux Hafniæ nunc degit. Filia natu maior nupſit CHRISTOPHORO DIETERICO CHVDENIO Inſpectori primum Spandouienſi adiuncto, tum Paſtori & Archidiacono Primislauienſi, demum Soltquellenſi, quod vero coniugium minus auſpicatum fuiſſe ſequentia me verba docuerunt vitæ curriculo CHVDENIANO (i) inſerta: Und da der gantzen Gemeine die Fata ſeines unglücklichen Eheſtandes mehr als zu wohl bekandt, wie auch, daß ſelbe zu ſeinem, uns allen gar zu frühen Abſterben, ein groſſes ohne Zweiffel contribuiret, ſo will man davon ein mehreres nicht melden.

XI.

Quæ hactenus præfatus ſum, vt præmitterem anſam dedit nonnullorum diſciplinæ noſtræ alumnorum abitus in academiam, ex quibus quum duo & pietate, & induſtria morumque elegantia commendandi, & nominatim quidem

GEORGIVS FRIDRICVS Sange, Fürſtenwaldenſis Meſo-March. Nec non
THEODORVS RVDOLPHVS Campe, Colonienſ. March.

publicum aliquod profectuum gratique animi ſpecimen ante ſuum ex hoc bonarum artium domicilio diſceſſum edituri ſint, ille quidem de *ingeniorum humanorum varietate*, metro germanico, hic autem *de vita, ſtudiis, muneribus, meritis, morte FRANCISCI IVLII LVTKENII*, fuſius exponet. Quo facto Sereniſſimo Regi, Ampliſſimis Gymnaſii Patronis, venerando Ephoro, nec minus iis, per quos ſe profeciſſe fatentur, itemque his, quibus in hac Muſarum palæſtra commilitonibus vſi ſunt, fauſta quæuis atque felicia precabuntur, vltimum Muſis noſtris dicturi vale. Quod quidem propoſitum idque honeſtum & pium hoc ipſo ſignificare volui, debui, rei litterariæ Patronos, Fautores & Cultores rogans atque obſecrans, vt præſentia ſua exoptatiſſima nobisque longe gratiſſima die craſtino per horulæ ſpatium dicturos audire haud grauentur, quos mecum huius quoque beneficii non immemores futuros in me recipio ſpondeoque.

P. P. a. d. XIV. Aprilis CIↃ IↃCC XXVI.

---

bere amici, qui & mortuo adfuit, & per aliquot annos ante obitum eadem cum LVTKENIO domo vſus eſt, litteris edoctus ſum, quas adderem, niſi chartæ prohiberet anguſtia.

(i) quod ſubiunctum eſt concioni exequiali CHVDENIO habitæ a STEPH. SCHVLTZIO Superint. Soltquell. meritiſſimo.

MEMORA-

Q. D. B. V.

MEMORABILIVM COLONIENSIVM SPECIMEN SEXTVM.

I. Series Antiſtitum Colonienſium. II. de IO. BADERESCH. III. de BLASIO OLDERHELM. IV. de IO. HERZBERGIO, eiusque epitaphio, V. & ſcriptis. VI. de GEORGIO COELESTINO, VII. varia adferuntur iudicia, VIII. eius obitus & monimenta, IX. ſcripta edita & X. promiſſa. XI. de HEINZIO, NEVMANNO, SEB. SCHVLZIO, SEB. BRVNNEMANNO, & MICH. HANESIO. XII. de HIER. PRVNNERO, XIII. eiusque muneribus, ſcholaſtico, & eccleſiaſtico ad ædem Marianam & Petrinam. XIV. de aliis eius muneribus, XV. ſcriptorum illius, XVI. parentum, XVII. collegarum recenſio ROBACHII, & SOMMERFELDII, cuius ſcripta & fata commemorantur, XVIII. nec non MART. FABRITII. XIX. de IOACH. FABRITIO, XX. de IAC. RENECCIO, XXI. deque eius muneribus, & morte, XXII. ſcriptis, XXIII. collegis GEORGIO SMIDT, & HIER. BRVNNEMANNO, de quo ſequenti ſpecimine expoſitum iri promittitur, & XXIV. præuia orationum habendarum ſignificatione concluditur.

I.

DAtam fidem liberaturus de illis commentari aggredior, quos ædes noſtra Petrina habuit verbi diuini interpretes. Prius vero, quam de ſingulis expendam, præmittam, ab quod lectoribus æquis non ingratum fore ſpero, ordinem, quo ſe exceperunt, quos Colonia noſtra habuit Antiſtites. Series vero illorum hæc eſt:

IO. BADERESCH.
BLASIVS OLDERHELM.
IO. HERZBERGIVS.
M. HIERON. BRVNNERVS.

M. IOACH. FABRICIVS.
M. IAC. RENECCIVS.
M. HIERON. BRVNNEMANNVS.
IOAN. KOCH.
M. IAC. HELWIGIVS.
L. ANDREAS FROMMIVS.
M. IO. BVNTEBART.
M. GOTHOFREDVS LANGIVS.
FRANCISCVS IVLIVS LVTKENS.
D. FERDINANDVS HELFREICH LICHTSCHEID.
GEORGIVS FRIDRICVS SCHNADERBACH.
IO. GVSTAVVS REINBECCIVS, qui hodie non ſine inſigni eccleſiæ fructu hunc locum ornat.

De ſingulis ſeorſim, & ita quidem exponemus, vt, quæ ad ipſorum patriam, ſtudiorum ſcholaſticorum pariter atque academicorum curriculum, munera, ſcripta, mortem faciunt, quanto poſſumus ſtudio inueſtigemus, additis ſimul, quos quisque collegas habuit, vt illorum quoque memoriam recolamus, qui pro ſacri muneris ratione (ſiue Archidiaconorum, vt vocantur, ſiue Diaconorum munia obierint) de Colonia noſtra bene ſunt promeriti.

II.

Primus itaque, cuius nunc meminimus, eſt IOANNES BADERESCH. Hic enim inter Paſtores Petrinos, eosque purioribus ſacris addictos, primus, anno M D XL tabulas vocationis accepit, poſtquam ædes Petrina quondam cum Baſilica coniuncta ſeparata quædam Paroecia eſſe cœperat. Quo vero anno deceſſerit noſter, id quidem latet.

III.

Succeſſorem habuit BLASIVM OLDERHELM, vel vt alias vocatur, OLDERHEIM, qui legato quodam Diaconis Petrinis ad coëmenda ligna deſtinato proſpexit, cuius fructus anno LXXXV primum perceperunt.

IV.

Succedit IOAN. HERZBERGIVS, de quo plura, quam de iis, quos habuit deceſſores, (eorum enim vix nomina ſuperſunt) ſuppeditare licebit. Patriam habuit Coloniam noſtram, patre vſus Camerario, muneri primum ſcholaſtico admotus, inde Zehdenicenſium

Pa-

Paſtor vocatus, poſt in patria ad eundem gradum anno LXXV euectus eſt, Quæ iſto tempore publicabatur, Formulæ Concordiæ vna cum collegis mox indicandis, itemque HAFTITIO & SOMMERFELDIO aliisque ſubſcripſit. Oſſa eius in æde Petrina requieſcunt, ipſiusque memoriæ ſacrum ſequens eſt Epitaphium, ex quo hactenus recenſita plerumque didici :

Quem tegat hoc poſitum ſaxum, vis ſcire, Viator,
Perlege, quæ cernis, carmina, doctus eris.
Eſt bonus HERZBERGVS Senior, qui voce ſalubri
Per multos annos rexit ouile Dei.
Omnibus hic viridi ſtuduit virtutibus æuo,
Atque laborauit moribus eſſe bonis.
Hic quoque contendit, quo cultas diſceret artes,
Et coleret doctas ex Helicone Deas.
Patricio, non eſt plebeio ſanguine natus,
Præclaris, non eſt vilibus ortus auis.
Nam pater illius fuit hac Camerarius vrbe,
Re lauta, magni nominis, ore grauis.
Artibus hic tandem pubem formauit honeſtis,
Gnauus in officio, dexter & ille fuit.
Nam multos iuuenes ſic reddidit arte politos,
Vt, queis nunc præſunt, munera rite gerant.
Poſtea cum patuit, quod templis vtilis eſſet,
Zednicia factus Paſtor in vrbe fuit.
Inde, ſed & patrias fato reuocatus ad oras,
Paſceret vt Chriſti, pauit vt ante, gregem.
Hic ſonuit ſacrum conſtanti pectore verbum,
Nec metuit quemquam, ſed coluit Dominum.
Perraro fuit ingenio, ſed & arte potenti,
Voce quod argutа prodidit ipſe ſua.
Tam facundus erat, tam cum pietate diſertus,
Vt ſit poſteritas vix habitura parem.
Et licet ob varias, quas geſſit pectore, dotes
Hac fuerit multis gratus in vrbe viris :

Multa tamen inuidiæ (quæ non mediocria carpit,
Optima ſed carpit) ſpicula multa tulit.
Sed quid tradiderit populo, quid fecerit ille,
Ne lupus imbelles dilaniaret oues:
Candidior nouit, nec non ſuper omnibus illis
Iudicium melius poſteritatis erit.
Illius hic corpus cognoſcas eſſe ſepultum,
Spiritus in cælis gaudet habere locum.

V.

Ex ſcriptis, quæ edidit, nonniſi vnica concio innotuit hunc præ ſe titulum ferens: **Troſt-Predigt über der Sepultur des Ehrwürdigen und Hochgelahrten Herrn** Georgii Cœleſtini, **der heil. Schrifft** Doctoris, **Churfürſtl. Gnaden zu Brandenburg weiland Hoff-Prediger**, Conſiſtorial-**Rath und Thum-Probſt des neuen Stiffts zu Cöln an der Spree** Anno Domini M. D. LXXIX. **Dienſtags nach** Luciæ **im gedachten Stifft gethan. Berlin** 1580. 4.

VI.

Licebit, vt opinor, data hac occaſione de GEORGIO COELESTINO (†) quædam addere, quum illius viri mentio etiam in memorabilibus noſtris forte non immerito deſideretur. Patriam habuit Plauiam Variſcorum, Magiſtri honoribus anno M. D. XLVI, Doctoris vero titulo anno LX. ornatus, vt MART. FRID. SEIDELIVS (††) auctor eſt, qui ipſum Brandenburgici Electoris concionatorem aulicum primarium, Conſiſtorii Aſſeſſorem, Cathedralis Eccleſiæ Sueuo-Colonienſis Præpoſitum, theologum eccleſiæ iuuandæ ſolertiſſimum & facundiſſimum nominat. Prius, quam ad hunc gradum euehebatur, Sereniſſ. Marchio IOANNES id ipſi negotii dabat, vt Cüſtrini ſacrum aliquod tribunal inſtitueret, eccleſiarumque & ſcholarum

(†) Non confundendus hic GEORGIVS eſt cum fratre IO. FRIDRICO Doctore Theologo, primum Paſtore Comitatus Hagenſis in Bauaria, tum Profeſſore Ienenſi, demum Superintendente Iglauienſi in Morauia, ex cuius ſcriptis inprimis inclaruit: **Klare und gründliche Widerlegung der vermeinten, nichtigen Urſachen, darum der abtrünnige M. Caſpar Franck vom Evangelio zum Pabſtthum gefallen** 1559. 4.

(††) in Iconibus no. XXXVII.

larum viſitandarum rationem haberet, teſte LEVTHINGERO (†) Generalis Superintendens vocatus anno M. D. LXIX. Ad idem negotium in Ducatu Magdeburgico fuiſſe adhibitum, teſtatur illud litterarum commercium, quod ipſi cum IO. GARCAEO interceſſit in cauſſa reformandæ eccleſiæ Magdeburgicæ. Præterea Schneebergæ etiam & Lipſiæ docuit in æde Thomana, ibi quidem anno XLIX, heic anno LVI, vt conuentio Miniſtrorum Lipſienſium (††) docet & MELZERVS (†††) perhibet. Quod etiam Tangræmundæ in eccleſia cathedrali docuerit, collectanea Marchica IO. PHIL. IACOBI docent, qui dum viueret, a Regiæ Cameræ Berolinenſis ſecretis fuit, & varia notatu digna congeſſit, quæ inedita adhuc ſuperſunt. Quantò vero ſtudio ſcripta LVTHERI collegerit, quamque eximiis polluerit donis, HERZBERGIVS refert, cuius verba adducere non pigebit: Wir können nicht leugnen, daß dieſer Mann D. Cœleſtinus mit feinen Gaben verſorgt geweſen: Nachdem er eine feine Perſon, und anſehnlich war, hat Er ſich feiner Reden gebraucht, den gemeinen Mann fein deutlich mit vernehmlichen Worten zu unterweiſen, und hatte immer viel Zuhörer. Weil aber auch GOtt ſeine Kirchen in der Herren Hoff hat, und will bey den Schilden erhoben ſeyn, hatte Ihm GOtt einen feinen Muth geliehen, denen ſo in der Höhe ſitzen das Wort zu predigen, und iſt vielen Potentaten, Chur- und Fürſten bekandt geweſen, da ſonſt ſo nicht gewohnt mit Herren umzugehen, andere aus Furcht ſich zu predigen, ob ſie gleich beruffen, nicht unterſtehen könten. Daß es Ihm auch ein rechter Ernſt um die Lehre zu pflantzen und Neuerungen vorzukommen, hat Er mit greſſen Koſten und ſchweren Reiſen des Mannes GOttes Lutheri, Philippi und anderer Bücher der Kirchen, Lehre, was ſie da das heilige Evangelion einen hellen Blick gegeben in der Leute Hertzen fleißig gehandelt, zuſammen gebracht, ab laſſen ſchreiben,

(†) Part. VI. Lib. III. Commentar. de reb. March. p. 66. 75. vbi COELESTINO ob ſingularia facundiæ dona munus hoc commiſſum dicitur.

(††) inſerta relationibus innoxiis anno M. DCC. XV. p. 54.

(†††) Chronicorum Schneebergenſium L. II. p. 324.

ſchreiben, und iſt noch bey den Seinen verwahrt, (wolte GOtt) weil es aus vielen Bibliothecis kommen, uns und andern durch den Druck möchte davon mitgetheilet werden. In Summa, abſit inuidia verbo, er hat viel geſchafft, das wenig durch Armuth daran gehindert wieder an den Tag bringen könten. Dieſen Mann haben wir heut zur Erden beſtätigt, an welchem wir GOttes Gaben, nicht ſeine Werck loben. Er hat zwar auch ſeine Gebrechen gehabt, aber uns iſt verboten vor der Zeit jemand zu richten, nachdem wir auch von Ihm nicht gehöret, daß Er jemand ſolte zur Rede geſtellt haben, das Böſe findet ſich ſelbſt wohl, und ſoll das Gute aufgeſucht und voran geſetzt werden. GOtt hat auch zu Ihm geſagt: Abluti eſtis.

VII.

Adduxi hæc verba, licet aliquanto prolixiora lubens, quum de COELESTINO variæ variorum ſint ſententiæ, de quibus cuilibet liberum eſto iudicium. Meum enim lites iſtas componere non eſt, cui ſufficit hiſtoricum egiſſe. ANGELVS (†) eumdem honoris argentique cupidiſſimum vocat, auctor quidam anonymus (††) tam acriter in eum inuehitur, vt acrius quid vehementiusque dici vix poſſit. OTTO denique FRID. SCHVZIVS (†††) mentionem eius iniiciens plura commemorat, quæ certe COELESTINVM non commendant. Quantum ego quidem ex SEIDELIO didici, (††††) inter

(†) In BREVIARIO rerum Marchicarum p. 163. Den 13ten Tag des Chriſt-Monaths iſt zum Berlin geſtorben D. Georgius Celeſtinus, Thumb-Probſt zu Cöln an der Spree, ein ſehr Ehr- und Geldſüchtiger Mann, quæ tamen verba in ANNALIBVS non reperiuntur.

(††) In Supplemento Hiſtoriæ eccleſiaſticæ Seculi XVI. ſeu Epiſtolis Marbachianis ex edit. IO. FECHTII, vbi ex Hodoeporico COELESTINI extractum (vt vocatur) legere licet p. 593. ſq. cuius auctor quantopere in illum inuehatur, vel inde patet, quod eum Sceleſtinum, animal ex fatuitatibus, ſcurrilitatibus, impudentia, auaritia, impoſturis, & ſchelmitudinibus conflatum vocat.

(†††) In vita DAV. CHYTRAEI Lib. II. §. 59. p. 353. ſeq.

(††††) In Iconibus, & eo quidem exemplo, cui ipſe auctor manu ſua plurima adleuit.

inter obtrectatores M. IOACHIMI PASCHAE fuit, qui Sereniſſ. Electori IOACHIMO II. a concionibus aulicis primariis erat, non parum vna cum MVSCVLO elaborauit, vt PASCHA Electoris gratia excideret, quod etiam factum, dum ex Protecclesiasta aulico Præpoſitus Berolinenſis, tum Inſpector Wuſterhuſanus factus eſt. Ipſum vero etiam COELESTINVM Electoris Sereniſſimi IO. GEORGII gratia, iure ſcilicet quodam talionis, excidiſſe dicunt.

VIII.

Obiit COELESTINVS, vel, vt a CHYTRAEO (†) idemtidem nominatur, VRANIVS anno ætatis LVI, Sæculi LXXIX. relicto filio, CHRISTOPHORO Sereniſſ. Electori Brand. a conſiliis & ſecretis feudorum, qui HENRICVM genuit, primum quondam anno M. DC. XLII. Gymnaſii Sedinenſis Profeſſorem iuris, poſt Præſidem vicarium ſupremi, quod Viſmariæ floret, iudicii, & Sereniſſ. Sueciarum Regi a Conſiliis, a Sternbach dictum, demum Pomeraniæ Cancellarium, qua dum dignitate fungebatur, Carolinum Gymnaſium anno ſuperioris Sæculi LXVII. ſolemni quadam oratione inaugurauit. (††) Geminum ſupereſt Coloniæ monimentum memoriæ COELESTINI ſacrum. Alterum in ipſa æde PETRINA, quod varias hiſtorias ſacras pictas præ ſe ferens hæc verba ſubſcripta exhibet: AN. 1579. AM ABENT LVCIÆ, IST DER EHRWIRDIGER VND HOCHGELAHRTER HER GEORGIVS COELESTINVS, DER HEYLIGEN SCHRIEFT D. CHVRF. BRANDENB. CONSISTORIALRAHT, HOFPREDIGER VND TVMPROBST DES NEWEN STIEFTS ALHIER ZV CöLN AN DER SPREW IN GOT SELIG ENTSCHLAFFEN, DES SELEN GOT IN EWIGKEIT GNADE. ÆTATIS SVÆ 56.

Ad latus dicta: Wer mich bekennet für den Menſchen, den will ich wieder bekennen für meinem himmliſchen Vater, it. Wachet, und ſeyd bereit, denn des Menſchen Sohn wird kommen zu einer Stunde, da Ihrs nicht meinet, leguntur.

Alte-

(†) conf. epiſtolam ad CHEMNITIVM, quam SCHVTZIVS l. c. Part. II. Append. p. 6. num. 3. inſeruit.

(††) Conf. IO. SAM. Herings Hiſtor. Nachricht von Stettin.

Alterum, quod in æde Cathedrali ſupereſt, monumentum ita ſe habet: GEORGIO COELESTINO S. THEOL. DOCT. Et huius Eccleſiæ Præpoſito XIII. Dec. Anno 1579. pie defuncto Uxor & Liberi H. M. P. P.

O nauis, rapient per mare te noui
Fluctus, væ miſeræ, nubila colligis
Sub purum violenta
Ventorum rabies, caue.
Qui triſtes Hyadas, qui ſcopulos truces
Qui cunctas tenuit ſidereas plagas
Cæleſtinus ad Arcton
Tendens occidit, occidit.
Heu malus validis ambitioſior
Antennis medio ſaucius ingemet
Euaneſcet in auras
Ruptis gloria linteis.
Heu rebus dubiis credula funibus
Flebis comperiens ambiguam fidem
Mutatosque rudentes
Emigraberis impotens
In roſtris ſtupidis tu robur & minas
Fruſtra reſpicies, cornibus æreis
Armabisque pauenti
Vanam fronte ferociam.
Pictis imperitans puppibus inſciam
Te claui incolumis fallet opinio
Iuratamque carinam
Soluent diſſidiis trabes.
Nullum remigio tunc latus integrum
Nautas ludibrium fratribusque Æoli
Sparſos æquore toto
Carpent monſtra natantia.

IX.

Quod reliqtum eſt, miſſa facientes, quæ de obitu noſtri inter

HOSPI-

HOSPINIANVM (†) & HVTTERVM (††) diſputata ſunt, ſignificabimus ingenii monimenta, quæ reliquit COELESTINVS. Sequentia vero inueſtigare nobis licuit:

1. Leich-Predigt aus dem XXXIX. Pſalm über dem Begräbniß des Edlen und Ehrenveſten Georgen Pocks von Löberüſt und Gutmansdorff Fürſtl. Liegnitziſchen Briegiſchen Stall-Meiſters gethan im Thum-Stifft zu Cöln an der Sprew den 24. Jan. 1570. 4. Hiebey ein Gebeth für Chriſtliche Hoff-Leute geſtellet.
2. Leich-Predig über den tödtlichen Abgang weiland des Durchläuchtigen urd Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn Johannes Marggraffen zu Brandenburg ꝛc. welcher den 13. Jan. 1571. Morgens zwiſchen fünff und ſechs Uhren ſeines Alters im 58. Regierung 36. zu Cüſtrin GOtt ſeinen Geiſt in ſeine Hände befohlen, Franckfurt eod.
3. Letzte Predigt, ſo der Durchläuchtige und Hochgebohrne Fürſt und Herr, Herr Johannes Marggraff zu Brandenburg ꝛc. hochlöbl. und ſeel. Ged. kurtz vor ſeinem Abſchied begehret und angehöret, auf J. F. G. gnädig Begehren den 11. Jan. zu Cüſtrin auf dem Schloß gethan. Frf. 1571. 4. Textus eſt Pſalmus XXXI.
4. Troſt-Schrifft an die Durchläucht. und Hochgeb. Fürſtin und

(†) In Concordia diſcorde p. 158. ita ſcribit: Paulo poſt (acceptas a Landgrauio Haſſiæ litteras) hic Cœleſtinus miſero mortis genere periit, effuſo per os ſanguine & excrementis, quum mota mente nihil fere niſi de penſionum & vſurarum ſuarum ratiociniis toto morbi tempore loquutus fuiſſet. Conſtanter ferebatur, ipſius conſcientiæ ſcrupulum inieciſſe grauem & aculeatam illam Landgrauii epiſtolam, quam paullo ante ei miſerat.

(††) In Concordia Concorde p. 214. vbi verba ita fluunt: *Quo autem morbo perierit COELESTINVS, neque nos multum moramur, neque HOSPINIANVM quicquam iuuat, præſertim quum incertum ſit an res ita ſe habeat. Siquidem ipſe fatetur ſe ex fama & rumore illud percepiſſe, quo viri prudentes ſtare haud ſolent.*

und Frau, Frau Katharina geb. Hertzogin zu Braunſchweig und Lüneburg Marggräfin zu Brandenburg, wegen des tödtlichen Abgangs Ihrer F. G. geliebten Herrn und Gemahls Herrn Johanns Marggr. zu Brand. hochlöbl. und ſeel. Gedächtniß, Tham in der Neumarck 1571. 4.

5. Libellus de collegiis ſtatutis Canonicorum 1572. 8.

In hoc libro præter dedicationem nulla COELESTINI littera eſt, ſed totus CHYTRAEI, qui ipſum recudi ſuo nomine iuſſit teſte SCHVTZIO l. c. p. 355. Iudicat de hoc libro MATTH. LVDECVS Canonicus Hauelbergenſis in epiſtola ad COELESTINVM, hunc librum ſibi valde probari, ita multis apertum iri oculos, qui graui φιλαυτία *obcoecati, quod ſe videre putant, non vident.*

6. Leich-Predigt bey der Sepultur und Begräbniß der Durchlauchtigſten und Hochgebohrnen Fürſtin und Frauen, Frauen Sabinen, gebohrne und vermählte Marggräfin und Chur-Fürſtin zu Brandenburg ꝛc. Berlin 1575. 4.

7. Trau-Sermon bey der Vertrauung Andreas von Klytzing und Jungfer Catharina, Caſp. von Noppen Fürſtl. Magdeburg. Raths und Hauptmanns zur Zinnen Tochter. 1575. 4.

8. Hiſtoria Auguſtanæ Confeſſionis IV Tomis conſtans Ff. 1597. fol.

Hic ipſe ille liber eſt, cuius editionem tanti inter CHYTRAEVM & COELESTINVM alias amiciſſimos diſſidii ſemina ſparſiſſe SCHVTZIVS pluribus commemorat loco ante allegato, qui ſimul ingenue confitetur, COELESTINIANVM opus hiſtoriæ a CHYTRAEO editæ ob varias cauſſas eſſe præferendum. Quæ etiam ſententia eſt IAC. FRID. REIMANNI in Introd. ad hiſtoriam litterariam Tomo I. p. 89.

9. Epiſtolæ Lutheri, Berol. 1579. 4.

De hac editione Venerandus BVDDEVS illud Almæ Salanæ lumen in præfatione Collectioni nouæ Epiſtolarum Lutheri præmiſſa C. 3. ita diſſerit: *GEORGIVS COELESTINVS Præpoſitus Berolinenſis, cum nouam editionem Epiſtolarum Lutheri procuraſſe videri vellet (præter titulum enim nihil noui acceſſit, vt quibusdam obſer-*

obſeruatum, id quod & a moribus viri, exempla librorum a bibliopolis coëmentis, nouoque titulo ea ornantis, & ita pro recens editis venditantis non adeo alienum eſt) tertium earum tomum promiſit.

10. Grund der Lehre vom heiligen Abendmahl des Leibes und Blutes unſers HErren JEſu Chriſti, aus Apoſtoliſchen Schrifften und Lutheriſchen Büchern gutherziger Meinung zu wegen bracht, Frf. an der Oder. 1597. 4.

11. Einfältiges Bedencken wegen der Brandenburgiſchen Kirchen-Ordnung, daß in derſelben die Lehre betreffend nichts zu verändern allegatur in Reu. SCHMIDII Introd. in hiſtoriam reformationis Brand. quæ vernacula lingua proſtat p. 231.

12. Vermahnung an Chriſtl. Hoff-Leute, der Oerter da die Predigt des Wortes GOttes nicht geduldet, daß ſie mit Annehmung des Evangelii auf ihrer Herren Bekehrung nicht warten. Frf. 8.

13. Hiſce adiungere liceat fragmentum aliquod libri a. M. D. LXXV. ſcripti, quod hiſtoriæ n. VI. memoratæ Confeſſionis Auguſtanæ quaſi lineas fuiſſe coniicio, hæc in fronte verba gerens: Warhafftter Bericht der fürnehmſten Händel und Geſchichten, ſo in Religions-Sachen zu Augſpurg anno 1530. als die Augſpurgiſche Confeßion dem Römiſchen Käyſer Carolo V. überantwortet worden, vorgegangen.

X.

Vnum adhuc ſupereſt, quod ex litteris ELIAE HOFMANNI excerpta quædam docuerunt: COELESTINVM nimirum optimorum librorum PHILIPPI MELANCHTONIS ſub annum M. D. XXI — XXIV. graui cenſura LVTHERI editorum & approbatorum atque a Wittebergenſibus omiſſorum editionem paraſſe. Priuilegio quodam hanc in rem Sereniſſimus Saxoniæ Elector AVGVSTVS eum donauit, quod in bibliotheca Leyſeriana Cellis ſuperfuiſſe SCHVTZIVS (†) refert, ipſe vero COELESTINVS opera

(†) l. c. p. 373.

LVTHERI ab Andreani templi Iſlebienſis vitricis pretio CCXXX. vncialium anno LXXVI. redemit, vt IACOBI ſupra memoratus teſtatur.

XI.

Sed e diuerticulo in viam. Ad eos enim progredi iubet inſtituti ratio, quos συνέργυς & ſacri laboris ſocios habuit HERZBERGIVS noſter. Nimirum PETRO HEINZE, itemque GEORGIO NEVMANNO Diaconis Petrinis anno M. D. LXXV. defunctis, anno ſequenti ſucceſſores dati ſunt SEBASTIANVS Schultze, Archidiaconus, & SEBASTIANVS BRVNNEMANNVS, qui per XXVI. annorum curriculum Rectoris Colonienſis locum ornauit, quo elapſo Diaconi munia obire cœpit, annoque LXXIX. circa dies memoriæ reſurrectionis CHRISTI feſtos quicquid mortale habuit depoſuit. Inter filios eminet HIERONYMVS, de quo infra. Succeſſor BRVNNEMANNO datus eſt M. MICHAEL HANESIVS, antea Rector Neapolitanus Marchicus, qui anno LXXXII. Neoſtadium repetiit, ibidemque Inſpectoris prouinciam, ſed per biennium tantum, morte occupatus ſuſtinuit. (†)

XII.

Succedit M. HIERONYMVS BRVNNERVS, ſiue vt alibi vocatur PRVNNERVS, vel PRYNNERVS Berolinenſis. Abſolutis ſtudiis ſcholaſticis & academicis IO. COPPENII, poſt I. V. D. Aulæ Cæſareæ Comitis, & Seren. Elect. Brand. a Conſiliis, Cancellarii Vicarii & Præſidis ſtudia moderabatur, tum Conrectoris locum in Gymnaſio patrio ornabat, primusque erat, cui hæc ſparta imponebatur. Teſtem habeo IO. GEORGIVM VIOLAM Vlmatem, (††) Poëtam

(†) Conf. MATTHAEI LIFERET πανηγυρικὸν de falſis præſidibus ſcholarum & vero earundem Præſule Chriſto, nec non Neoſtadiæ Eberswaldenſium in Meſo-Marchia ſitæ origine, fundatione, incremento atque politiæ eccleſiaſticæ & ſcholaſticæ in eadem ad hæc vsque tempora deductæ conſeruatione Ff. 1609. 4. C. 4.

(††) Conferatur eius Epos funebre de ortu, vita atque obitu IO. COPPENII in Panegyri Gymnaſii Berlinenſis die a ſepultura perendino dictum anno 1630. 4.

Poëtam Cæſareum & Collegam Gymnaſii Berolinenſis, cuius verba ita fluunt:

Corde hodieque vno quem ſuſpirantibus optat
Aut ſi non optat reducem vrbs, dolet eſſe ſepultum
BRVNNERVM. priuatum habuit, ſermone latino
Verba labri matris gnarus variare Tribunum.
Quo duce laudando paſſum eſſe ſcholaſtica dicunt
Arma, ſcholæ noſtræ donec veneranda Senatus
In duo diuiſum coniunxit Seſſio corpus.
Et primo hanc cathedram, de qua iam dico, Magiſtri
BONERVS Rector, Conrector amabile labrum
BRVNNERVS iuſſu Capitum ſermone ſacrarunt
Roſtraque Gymnaſii fecere; Nepotibus æquis
Quæ Deus ad mea vota velit transſcribere ſeris!

XIII.

Quoad munere hoc fungebatur, ſcholaſticæ rei curam per aliquod tempus vnus ille ſuſtinuit, BONERO (†) nimirum Stendaliam veteris Marchiæ Metropolin ad munus ſacrum a. LXXXI. euocato, & non paucas hoc ipſo tempore deuorauit moleſtias lue contagioſa tum ſæuiente, (††) quibus tandem ſuperatis ad ædem Marianam Berolinenſem vocatus eſt anno LXXXI. Antiſtes vero Petrinus anno LXXXIV. renunciabatur. Hoc enim anno Coloniæ eum doce-

(†) de quo quum Programmatibus duobus egerit CL. CARSTEDIVS, nihil nunc addimus, niſi conciones duas ibidem non commemoratas.

1. Ermahnung und Troſt-Predigt über die Worte Pſ. XXXIX, 8-14. bey der Leich-Begängniß Fr. Dorothea Schüllerin, Hr. M. Simon Röters, Burgermeiſters der Altſtadt Brandenb. geweſenen Haus-Frauen, welche ihres Alters 56. Jahr, den 16. Nov. Anno 93. ſanſt und ſeeliglich im HErrn entſchlaffen, durch M. Benjamin Bonerum, Lign. S. Pfarrherrn daſelbſt, Frf. 1595. 4.

2. Predigt über die Worte Ieſ. LVI. bey der Begräbniß Catharinulä Kühns, Hr. M. David Kühns, Syndici der Alten Stadt Brandenb. geliebten Töchterleins, welche den 28. Jan. 1595. geſtorben, Ff. eod. 4.

(††) conf. PL. REV. DIETERICVM in obſeruationibus ad rem ſcholaſticam facientibus Berolini editis p. 409.

docere incepiſſe, M. NIC. SCHVLZIVS (†) auctor eſt, cuius potius verbis, quam meis vti malo: Anno 1584. auf den Donnerſtag nach Trinitatis, welches war der 18. Jun. oder in die Corporis Chriſti iſt der Ehrwürdige und Wohlgelahrte Herr M. Hier. PRVNNERVS zum neuen Pfarrherrn zu Cöln in der Kirche S. Peter confirmiret und angenommen worden.

XIV.

Nec vero grauiſſimum hoc munus ſufficiebat meritis BRVNNERI. Sereniſſimo enim Electori IO. GEORGIO a concionibus aulicis anno XC. eſſe iubebatur, anno autem XCVIII. Palæo-Brandeburgenſium Inſpector, annoque ſequenti Præpoſitus Berolinenſis conſtituebatur, quam quidem vocationem vltimam habuit, anno M. DC. VI. die XVI. Nouemb. vita functus.

XV.

Scripta edidit, quantum ego quidem ſcio, ſequentia:

1. Leich-Predigt bey dem Begräbniß Hrn. Curten von Arnimb, Churf. Brandenb. Cammer-Raths, Erbſaſſen auf Blauen und Bötzenburgk, welcher den 10. Nov. 1586. zu Cöln entſchlaffen, und im Thumb-Stifft begraben worden, aus 1. Tim. I, 15. 16. Berlin 1587. 4.
2. Leich-Predigt bey dem Begräbniß Hrn. Michael Brücken, Churf. Brandenb. Cammer- und Rent-Meiſters zu Cüſtrin, welcher den 7. Jan, 1588. zu Cöln entſchlaffen, und deſſelben Orts in St. Peter begraben, aus Pſ. LXXIII, 25. 26. Berlin 1588. 4.

Meminit BRVCKII huius NIC. LEVTINGERVS Part. X. B. 4. his verbis: *Sub id tempus euocatur ab Electore Berlinum, reus repetundarum factus Michael Bruccius Exquæſtor & Camerarius aulæ Cüſtrinenſis, qui periculum ſuum ſubodoratus VII. Id. Ianuar. ſeipſum lethaliter vulneratum, phantaſia ſtimulos ægritudini ſubiiciente miſere tragico exitu confecit.* Mitius autem iudicat PRVNNERVS l. c. Es hat ſich wol der leidige Teuffel unterſtanden, ihm ſolchen Troſt und Theil, gäntzlich, und in Ewigkeit, zu entrücken. Aber, es hat ihm (GOtt ſey Lob und Danck) nicht gelingen müſſen.

(†) Diaconus Struthiomontanus, cuius Chronicon MSC. ſuper eſt.

müſſen. Denn, ob er wol in einſamer Schwermuth, von dem böſen Feinde als von einem Straſſenräuber, überfallen, und mit Uberdruß ſeines mühſeligen Lebens angefochten, und dannenher zu ſelbthätiger Verwundung ſeines Leibes übertäubet und verleitet worden. Jedoch hat GOtt der HErr, mit ſeiner Väterlichen und Allmächtigen Hand, den verdammlichen Garaus, in Gnaden, an ihm verhütet, und von ihm abgewendet.

3. Leich-Predigt bey dem Begräbniß Hrn. Caſpar von Otterſtedt, weyl. Churf. Brand. Schloß-Hauptmanns, Erbſaſſen auf Genßhagen, welcher Anno 1588. den 2. Jun. zu Cöln entſchlaffen, und im Thumb-Stifft begraben worden, aus Rom VIII, 31. ſeq. Berlin 1588. 4.

4. Leich-Predigt bey dem Begräbniß Hrn. Kühne von Thlemen, Erbſaſſen auf Blanckenſee, welcher Anno 1589. den 21. Nov. geſtorben, und in Cöln begraben, Berlin anno eod. 4.

5. Leich-Predigt bey dem Begräbniß Frauen Anna von Oppen, Hrn. Ludwig von Gröben, Churf. Brand. Cämmerers und Geheimten Raths, Erbſaſſen auf Cozeband geweſenen Haus-Frauen, welche den 7. Jan. 1593. zu Cöln entſchlaffen, und im Thumb-Stifft begraben, aus 2. Cor. V, 6-10. Frf. anno eod. 4.

6. Leich-Predigt bey der Chriſtl. und Fürſtlichen Begräbniß der Durchläuchtigen und Hochgebohrnen Fürſtin und Frauen, Fr. Eliſabeth Magdalena geb. Marggräfin zu Brandenburg und Hertzogin zu Braunſchweig und Lüneburg, welche 1595. den 22. Auguſt. entſchlaffen, und im Thumb-Stifft zu Cöln begraben worden, aus Pſ. CXXX, Frf. 1595. 4.

7. Heimführungs-Predigt der Churfürſtin Anna zum Churfürſt Joh. Siegmund zu Brandenburg, zu Cüſtrin Ao. 1595 den 22. Jun. aus Eph. V, 25-32. gehalten, Frf. an der Oder eod. 4.

8. Chriſtliche Leich-Predigt bey der Begräbniß Fr. Anna von Sparren, Hn. George von Ribbeck, Hauptmanns zu Spando, und zu Glinicke, Segenfelde und Duraz Erbſaſſen nachgelaſſene Wittbe, welche 1597. Montags nach Palmarum zu Glinicke entſchlaffen, und im Thumb-Stifft zu Cöln begra-

graben worden, aus Pſ. XXXIX. 6-10. Frf. 1597. 4.

9. Chriſtl. Ehren-Predigt bey der Leichfarth Hrn. Alexander von Bredau, Erbſaſſen auf Cremmen und Fehlefantz, als derſelbe den 27. May 1600. auf ſeinem Erbſitz gegen Fehlefantz zu ſeinem Begräbniß mit Chriſtl. Solennitäten abgeholet worden, gethan zu Berlin in S Nicolaus über die Worte 1. Ioh. I, 7. Frf. 4.

10. Leich-Predigt Hrn. Joh. Cöppen Conſiſtorial-Præſidenten Haus-Genoßin, welche Anno 1602. geſtorben, aus Gen. XXV, 16-20. zu Ehren gehalten, Berlin 4.

11. Chriſtl. Leich-Predigt bey der Begräbniß Frauen Magdalenen Alberti, Hrn. Joh. Georgii Magni Medicinæ D. geweſenen Haus-Frauen, welche Anno 1603. geſtorben, und zu St. Nicolai in Berlin begraben, aus 2. Tim. IV, 7. Wittenb. 1604. 4.

12. Leich-Predigt bey dem Begräbniß Hrn. Chriſtoph Benckendorff, Churf. Brand. Geheimten Raths, welcher 1605. den 23. Febr. geſtorben, und in Berlin begraben, aus Apoc. V. Frf. eod. anno. 4.

13. Chriſtl. Leich-Predigt Hrn. Michael Aſchenbrenner, Apothecker, zu Ehren gehalten anno 1605. 4.

14. Prolegomena in Matthæum inedita adhuc ſupereſſe bibliothecæ Seidelianæ catalogus teſtatur p. 31.

XVI.

Nihil nunc de PRVNNERO ſupereſt, niſi vt monimentum addamus, quod parentum ſuorum memoriæ in æde Mariana Berolinenſi conſecrauit, quodque CL. CARSTEDIVS (†) recenſuit,

Georgen Prunner man mich nannt	Walpurgis Tanzerin mein Nam,
Von Deckendorff in Bayerland,	Zu Waltheim mein Urſprung bekam,
Zu Doebeln wohnt, von da mich wend	Lebt ehlich gantzer viertzig Jahr,
Gegen Berlin, nahm da mein End.	Und viertzehn Kinder Mutter war,
Mit Ehren trug mein graues Haar	Sechtzig Jahr alt nahm ich mein End,
Bis in mein ein und achtzigſt Jahr.	Befahl mein Seel in GOttes Händ.
Starb A. 1585. den 26. Mart.	Starb A. 1577. in der Chriſtnacht.

M. Hieronymus Prunnerus parentibus ſuis cariſſimis poſuit 1596.

XVII.

(†) In Progr. quo vitæ PRVNNERI lineas duxit.

XVII.

Collegas PRVNNERVS noſter habuit BARTH. ROBACHIVM Luccanum, qui nondum abſoluto biennio, anno LXXXIV. Marianæ ædis Diaconus vocatus eſt, & M. IAC. SOMMERFELDIVM Neapolitanum, qui primum ſcholæ patriæ præceptor, poſt Conrector, tum Rector Petrinus, demum anno, quem diximus, ipſo Michaëlis feſto munus ſacrum auſpicatus, annoque ſequenti Archidiaconus vocatus, anno autem M. DC. V. ob cauſſam neſcio quam exauctoratus eſt. Filium habuit CHRISTIANVM, cui academiam petituro ſtudiorum quoddam conſilium ſuppeditauit, libro de ſtudiis inſtituendis mox allegando ſubiunctum. Ceterum in carminibus CASP. PRAETORII, qui Marchiæ Naſo eſt, mentio iniicitur GABRIELIS SOMMERFELDII, quem ſibi amiciſſimum peſte anno LXXVII. exſtinctum luget PRAETORIVS. (†) Sed vt ad ſcripta IACOBI noſtri accedamus, ſequentia videre contigit:

1. Leich-Predigt bey dem Begräbniß Hrn. Caſp. Müllers, weyland der Mittel- Ucker- Märckiſchen und Ruppiniſchen Städte Rentmeiſters, welcher zu Cöln an der Sprew den 22. Febr. aufm Mittag ein Viertel nach Zwölffen im 37. Jahr ſeines Alters in Chriſto ſeeliglich entſchlaffen, und den 25ten Februar. hernach daſelbſt in der Kirchen S. Peter im Chor Chriſtlich zur Erden beſtattet worden im Jahr M. D. XCI. gethan und beſchrieben, Berlin eod. 4.

2. De ſtudiis recte inſtituendis ſcholaſtica commonefactio pro iis, qui in ſchola illuſtri primam claſſem obtinent, in vſum diſcentium edita a M. Iac. Sommerfeldt Neapolitano Marchico, Coloniæ Marchionum ad Diuum Petrum V. D. Miniſtro Frf. 1600. 8.

In Dedicatione ad CHRIST. WILHELMVM deſignatum Archiepiſcopum Magd. meminit ordinis ſtudiorum a Præceptoribus ſuis, maxime GEORGII ROLLENHAGIO commendati, & a ſe ipſo vſu comprobati. Totum negotium ſcholaſticum in ſeptem hiſce verſari ait (1) inuocatione Dei, (2) ordine, (3) auſcultatione & lectione (4) memoria, vt, quæ audimus, memoriæ commendemus, (5) exercitiis ſtili, examinum, diſputationum, declamationum, actionum (6) tempeſtiua & moderata a ſtudiis vacatione (7) bibliotheca, & aliis inſtru-

[†] conf. Elegiam VIII. Libri III.

ſtrumentis ad eum pertinentibus. Annectitur ad filium conſilium paternum, cuius ſupra memini.

3. De dignitate, vtilitate, antiquitate, & facilitate primæ & ſacroſanctæ Ebrææ linguæ ſcriptum a M. Iac. Sommerfeldt, Neapolitano March. in ſede Colonienſi Ill. Marchionis Principis & Electoris Brandenb. Mariendorffiano Paſtore Berl. 1609. 4.

Scripti huius, (quod ſtrenæ loco diœceſeos Colonienſis Miniſtris offert,) & ſuperioris titulum vel ideo appoſui integrum, vt appareat eumdem IACOBVM noſtrum poſt exauctorationem ſuam ſacro munere functum eſſe.

XVIII.

Quum SOMMERFELDIVS Archidiaconi locum capeſſeret, Diaconi ſpartam obtinuit M. MARTINVS FABRITIVS, Züllichenſis, qui poſtquam ad annum M DC. I. heic docuerat, ad Fürſtenwaldenſes abiit, ibidemque munia Inſpectoris ſuſcepit. Edidit ſequentia:

1. Leich-Predigt bey dem Begräbniß Fr. Urſula Schragens, Hr. George Krauſens Raths-Cämmerers der Stadt Cöln Haus-Frauen, welche den 5. May aufm Abend um 7. Uhr im 40. Jahr ihres Alters ſeelig in GOtt verſchieden, und den 7. May hernach daſelbſt in der Kirchen zu S. Peter ehrlich zur Erden beſtattet worden, Frf 1595. 4.
2. Chariſterium, das iſt, eine hertzliche und innigliche Danck-Predigt aus Pſalm CXVII. Frf. 1606. 4.

XIX.

PRVNNERVM excepit M. IOACHIMVS FABRITIVS, qui ſpartam Præpoſiti Colonienſis anno M D. XC. ornare incepit, interque illos fuit, quibus Sereniſſimus Elector teſte BECMANNO (†) negotium dedit anno XCVIII, vt de ritibus in eccleſia collegiata (quæ hodie SS. Trinitati dicata audit) tunc vſitatis conſilia iungerent, &, ſi quid reformatione dignum occurreret, indicarent, quod etiam factum eſt. Typis impreſſas vidi ſequentes eiusdem conciones:

1. Predigt von der ewigen Gnaden-Wahl der Menſchen zum ewigen Leben, am XX. Sonntage nach Trin. in Cöln zu S. Peter gehalten, Witt. 593. 4.
2. Chriſtl. Predigt von der Perſon und Königl. Amt unſers

Hey-

[†] in Oratione Sæculari H. 2.

Heylandes JEſu Chriſti am Tage der Empfängniß Chriſti gethan, ibid. 1593. 4.

XX.

Collegis, quos habuit, iam ſupra recenſitis, accedimus ad M. IACOBVM RENECCIVM Solquellenſem Palæo-Marchicum, neque enim Tangræmundæ natus eſt, nec REINECCIVS appellatur, vt KOENIGIVS (†) & WITTENIVS (††) volunt. Abſolutis ſtudiis academicis Tangræmundanæ ciuitati prodeſſe incepit, ibi enim & Rectoris, & Diaconi muneri circa annum XCVIII. præfuit. (†††) Hinc anno M. DC. Coloniam vocatum eſſe, docet ſubſcriptio formulæ cuidam fidei & vitæ (Reuerſum vocant) typis excuſæ facta, quam manu & ſigillo approbauit, quamque a celeberrimo SCHVLZIO Thorunienſium Profeſſore meritisſimo humaniſſime communicatam integram heic inſerimus: *Ego M. IACOBVS RENECCIVS* (hæc manu ſua ſcripſerat) *vocatus & præſentatus Paſtor eccleſiæ Dei, quæ eſt Coloniæ ad Sueuum, ordinatione & inſtitutione impetrata ſancte promitto Dn. Superintendenti Generali & Conſiſtorio, me, quoad vixero, magnitudinis vocationis & functionis meæ memorem fore; ſedulo daturum operam, vt & ſana doctrina & in Catechiſmo Lutheri vtiliter & ſimplici ratione auditores meos inſtituam: honeſtis actionibus vitæque probatæ exemplo ipſis præeam, neminem eorum vitiis, ebrietate, ſcortatione, adulterio, vſura, ludis, potationibus, indecenti veſtitu & moribus indignis Paſtoribus offendam: vxorem, liberos, atque familiam meam in timore Domini & recta diſciplina educem: Promitto quoque me cultus diuinos receptos in actibus eccleſiaſticis & in Sacramentorum adminiſtratione religioſe ſeruaturum:*

(†) in biblioth. vet. & noua, quem Lexicon eruditorum nuper iterum editum ſequitur.

(††) T. I. Diarii Biograph.

(†††) conf. ſi placet, memorabilia noſtra Tangræmundenſia Supplem. II. p. 87. Rectorem eum Tangræmundæ fuiſſe nuper demum didici ex concione IO. ASSENBVRGII, quæ adhuc MSC. ſupereſt, cuius titulus: Schulweihe-Predigt, darinnen aus dem VI. Cap. Eſræ der andere Tempel zu Jeruſalem erbauet, und die neuerbaute Schule zu Tangermünde in 6. Puncten conferiret und verglichen wird, gehalten zum Vortrab der Inauguration gedachter Schule den 22. Nov. 1609. Inprimis appendix huic concioni adiecta vſui mihi fuit ſeriem illorum exhibens, qui inde a temporibus emendationis ſacrorum rei ſcholaſticæ curam habuerunt.

a doctrina Prophetica & Apoſtolica, cuius ſumma capita in Auguſtana Confeſſione continentur, in Formula Concordiæ ac Scripto eccleſiaſtico Principis ac Electoris noſtri explicata habentur: & a doctrina noſtrarum eccleſiarum, potiſſimum agente de viribus humanis, de iuſtificatione, de Cœna Domini, de baptiſmo, de perſona Chriſti, & aliis eius capitibus non diſceſſurum: his contrarium non traditurum, corruptelis, ſectis & erroribus tam Sacramentariorum, quam aliorum non aſſenſurum: nihil noui in his inſtituturum, neque quicquam mutaturum eſſe niſi prius habita deliberatione cum D. Superintendente & Præſidibus Conſiſtorii. Si qua mihi quoque erit controuerſia cum aliquo Paſtore, Diacono, & Principis Electoris ſubdito, non me acturum eſſe cauſſam meam pro concione, ſed ad Conſiſtorium vel Conſiliarios Principis relaturum, eorumque ſententiam exſpectaturum, auditurum, amplexurum, Polliceor quoque me fideliter curaturum, vt, quæ in viſitationis legibus præſcripta ſunt, ſeruentur, & ne quid de bonis ac fundis Parochiæ meæ adimatur, & vt ædificia eius quoque ſarta tecta ſint & maneant: inque hoc totum fore, vt mea ſtudia omnia, labores, atque curæ ad Dei honorem, eccleſiæque mihi commiſſæ inſtitutionem, conſolationem, correptionem, emendationem, diſciplinam, & communem ſalutem referantur: non deſerturum me denique miniſterium meum, niſi legitima cognitione præcedente & dimiſſione impetrata. Quod meo nomine & cognomine, manu mea ſubſcripta, & impreſſo ſigillo meo teſtatum eſſe volo. Actum Coloniæ March. Die 13. Menſis Mart. Anno Chriſti 1600.

(L.S.) *M. Iacobus Reneccius, ibidem Paſtor.*

XXI.

Dignitati huic accedebat alia, quippe anno ſuperioris Sæculi VIII. Sacri Tribunalis Adſeſſor eſſe iubebatur RENECCIVS, nec tamen vltra annum Coloniæ permanſit. Sequenti enim, nono ſcilicet anno Hamburgum euocatus eſt, vbi Paſtoris Catharinæi, & Inſpectoris Gymnaſii atque Scholæ Hamburgenſis locus ei demandabatur, annoque XIII. d. XXVIII. Iun. ætatis XLII. ibidem denatus eſt. (†)

XXII.

Enarratione ſcriptorum ſuperſedere me iubet HENN. WITTE, qui

(†) conf. celeberr. IO. ALB. FABRICII Memoriar. Hamburgenſium T. II. p. 878. 1067. vbi etiam Oratio pro nouo Gymnaſio Hamburgenſi (primus enim eius Inſpector fuit) dicta IV. Non. Sept. 1612. recuſa legitur. p. 1047. ſeq.

qui quum loco adducto plurima, quæ RENECCIVS edidit, recenſeat; ſpicilegii inſtar ea tantum, quæ ille prætermiſit, addam:

1. Chriſtianorum vita gratioſa ac glorioſa bey dem Leich-Begängniß Hrn. Balthaſar Grumen, Churf. Brand. Hoff-Rentmeiſters anno 1605. aus GOttes Wort vorgeſtellet und abgemahlet, Wittenb. 4.
2. Theologiæ libri II. Ien. 1614. 8.

XXIII.

Collegæ RENECCIO contigerunt GEORGIVS FABRITIVS, qui ſacri muneris auſpicium fecit anno M.DC.V. anno X. ad Archidiaconatum adſcendit, anno XI. d. VII. Sept. contagioſa lue rebus humanis ereptus, &, qui primo loco nominandus erat, HIERONYMVS BRVNNEMANNVS, de quo D. V. propediem, quando argumenta declamationum & diſputationum hoc ipſo, qui nunc labitur, anno meis auſpiciis habitarum ſignificabuntur, exponam; quum præſens commentatiuncula limites Programmatis excedere videatur.

XXIV.

Ad id igitur me confero, cuius gratia hæc præfatus ſum. Nimirum nonnullos fidei noſtræ commiſſos ſiſtam publicum aliquod profectuum ſuorum ſpecimen craſtino die, iuuante Deo edituros. Prodibunt vero ſequenti ordine:

Carolus Gottlieb Kühne, Magdeburgenſis.
ſibi ſuisque commilitonibus beneuolas aures exorabit præmiſſurus *orationem latinam* de Marchia, & Berolino imprimis eruditorum virorum matre fœcundiſſima.

Theophilus Renatus Campe, *Colonienſis.*

Conradus Ehrenreich Dänicke, *Colonienſis.*

Chriſtianus Fridricus Graßnick, *Storcouienſis Luſatus.*

Io. Rudolphus Meiſner, *Prizwaldenſis Prignitius.*
de illo mundi miraculo, CHRIST. RAVIO Berolinenſi exponent oratione latina eaque ſoluta.

Fridricus Wilhelmus de Pannwitz, *Eq. Luſatus.*
metro germanico itinera commendabit.

Chriſtophorus Frid. Dornblüth, *Tangermündenſis Palæo-M.*
& Io. Iacobus Schultze, *Fridrico-Werderanus.*

de

vitam MATTHAEI HOSTI, Colonienſis [illegible], ille ſoluta, hic ligata oratione eaque latina vſurus.

Carolus Philippus **Campe**, *Col. March.*
lectionem librorum commendat oratione vernacula ligata.

Horis pomeridianis dicturorum ſeries hæc eſt:

Io. Guſtauus **Reinbeck**, *Dorotheopolitanus*,
& Io. Conr. **Buchner**, *Colonienſis*.
de docto illo puero Lubecenſi carmine vernaculo exponent.

Bernhardus Henricus **Bathke**, *Lychenenſis Vcaro-March.*
in laudes hiſtoriæ litterariæ excurret oratione latina proſaica.

Io. Chriſtianus **Stockfiſch**, *Herzbergenſis March.*
CHRIST. MENZELIVM, eiusque in bibliothecam Regiam Berolinenſem merita laudabit oratione latina ſoluta.

Lamp. Sigismundus **Ahlemann**, *Fridrico Werder.*
& Eberhardus Fridr. Andreas **Werner**, *Halberſtadienſis*.
de MART. ERNESTO PLARRIO, eiuſque ſtudiis, ſcriptis, muneribus, morte recitabunt oratione latina.

Leonhardus Henricus Ludouicus Georgius **Canngieſſer**, *Wezlarienſis*.
de peregrinandi licentia a Sereniſſimo Rege Boruſſiæ ſapientiſſimis legibus circumſcripta ſermone patrio ſoluto tractabit.

Ioan. **Ehrenfried Hildebrand**, *Beerwaldenſis Meſo-M.*
& Ioan. Fridricus **Gräfe**, *Wuſtermarc. Meſo-M.*
de Io. BLANCKENFELDIO, Berolinenſi, ſapiente illo Alemanno recitabunt oratione vernacula ſoluta.

Gothofredus **Hohler**, *Berolinenſis*,
& Georgius Fridricus **Lübecke**, *Colonienſis*.
ſermone latino dialogum inſtituent: vtrum LEVTHINGERI commentarii de rebus marchicis recudi mereantur?

Petrus Chriſtophorus **Leps**, *Trebbinenſis*.
dignos laude viros immortales eſſe euincet, & gratias Auditoribus ſpectatiſſimis aget ſermone vernaculo.

Hos igitur vt frequentes & beneuoli audiant, qui litterarum ſtudia fouent, iisque fauent, quo par eſt obſeruantiæ atque pietatis cultu rogamus atque obſecramus. P.P. d. XXI. Nou.

CIↃ IↃCC XXVI.

Q. D. B. V.

ORATIONES QVASDAM

DIE XXII. NOVEMBRIS HORA IX. ET
POST MERIDIEM II.

IN

GYMNASIO PETRINO COLONIENSI HABENDAS

PRAEMISSO *MEMORABILIVM COLONIENSIVM SPECIMINE SEXTO*

INDICIT

OMNESQVE QVI LITTERIS FAVENT EASQVE FOVENT

QVO PAR EST STVDIO ET PIETATE

INVITAT

GEORGIVS GOTHOFREDVS KVSTERVS

CONRECTOR.

BEROLINI

TYPIS IO. GRYNAEI, REG. BORVSS. ET SOC. SCIENT.
TYPOGRAPHI.

Q. D. B. V.

MEMORABILIVM COLONIENSIVM SPECIMEN SEPTIMVM.

I. Propoſitum de BRVNNEMANNO commentandi ſignificatur. II. Eius patria, III. dura adoleſcentiæ initia, IV. ſtudia ſcholaſtica, V. academica, VI. VII. munera ſcholaſtica & eccleſiaſtica, VIII. monimentum, IX. ſcripta, X. filii, XI. colloquium, cui interfuit, XII. Collegæ, XIII. Index declamationum ſuperiori anno habitarum, XIV. itemque diſputationum.

I.

Quintus nunc inde a repurgatis ſacris Coloniæ antiſtitum recenſendus eſt M. HIERONYMVS BRVNNEMANNVS, cuius quidem memoriam vt repetamus iubet, quem nobis impoſuimus, labor, & quam nuper dedimus fides. Eo vero gratior futura erit eius commemoratio, quo plures ſupereſſe noui BRVNNEMANNIANI nominis cultores.

II.

Patriam HIERONYMVS noſter hanc noſtram Coloniam anno MDLXIII. nactus eſt, vitam pariter & honores liberaliter largientem. Patre vſus eſt SEBASTIANO, Rectore primum Petrini Gymnaſii noſtri per XXVII. annorum curriculum, tum Diacono meritiſſimo, iam ſupra (a) memorato, matre ex familia Heinziorum. Maiorum enarrandorum labore nunc ſuperſedeo, quum nihil certi adferre poſſim, præter id vnum, ex tractu nimirum Ruppinenſi SEBASTIANVM ortum fuiſſe. Ita enim BOEDICKERVS, (b) *Felix*, inquit, *ille tractus Ruppinenſis, qui Viros magni nominis, rebus publicis, eccleſiis & ſcholis vtiliſſimos edidit: Brunnemannos, Vebrios, Tieffenbachios, Frommios, Mulleros, Wellios, at inprimis Buntebartios.* Patre, ex cuius inſtitutione proficere HIERONYMVS noſter cœperat, opibusque deſtitutus vt viduam matrem leuaret, Halam anno LXXIX. migrauit,

(a) confer, ſi placet, Specimen noſtrum II. §. 3. vbi tamen annum, quo docere cœpit, deſiitque, commemorare tum non licuit; dies enim diem docet. (b) in Orat. Panegyrica de vita IO. BVNTEBARTI A 2.

grauit, cuidam aulæ Ducalis miniſtro futurus a ſeruitiis, quo dum vitæ genus ſequebatur, nec ipſe nec quisquam alius certus erat, ſtudiisne, quibus ſe addixerat, nuncium mitteret, an minus. Elapſo biduo Viennam Auſtriæ conceſſit, Chiliarcho cuidam operas famuli præſtans, cuius fauorem ita ſibi conciliabat, vt ad honores adſcendendi eiusdem ope ſpes eſſet non vana: at enimuero inopina mors rapiebat patronum. Mutabat igitur neceſſitate coactus locum, & Edinburgum Hungariæ oppidum petebat, vbi eadem, quam diximus, ratione de neceſſariis alimentis ſibi proſpexit, perque biennium hero nimis aſpero a ſeruitiis fuit, vt nimirum vere dici poſſet tuliſſe multa, feciſſe puer, ſudaſſe, alſiſſeque.

III.

Parum itaque aberat, quin a ſtudiis auocari ſe pateretur tam duris vtens adoleſcentiæ initiis, cumque tot & tantis conflictans difficultatibus: verum nondum exſtincti erant, quo ad ſtudia tractanda ferebatur, amoris igniculi. Stririam igitur, & Graicium quidem potiſſimum ſalutabat anno LXXXIII. ibidemque inter Ducalis pædagogii alumnos receptus, rem ſuam librariam non minus atque litterariam augebat. Vix vero annum heic tranſigere licebat, quippe ob lites collegarum, quibus rei ſcholaſticæ nihil magis peſtiferum excogitari poteſt, diſſipabatur ſchola, ipſeque BRVNNEMANNVS noſter diſcedere cogebatur.

IV.

Adibat igitur ſequenti anno Heidelbergam, collegio, quod vocant, Dionyſiano adſcriptus, & ſtipendio, quo frater SEBASTIANVS patriæ demum Conſul, & prouincialis vt vocant, Marchiæ Deputatus patriam tum repetens (quinque enim liberorum prolem reliquerat parens defunctus) per triennium fruitus fuerat, adiutus, cuius vero vſuram quum temporum iniuria non concederet amplius, anno ſequenti & menſe quidem Quinctili Argentoratum petiit, & ſtudiorum ibi augmenta, & vitæ ſubſidiorum, quod ſatis erat, nactus. D. Marci quippe collegio adſcriptus quinquennium abſoluebat, & liberalitate IO. PETRI BITTELBORNII cauſſarum patroni inclyti, cui ab inſtitutione filiorum erat, ſubleuatus anno LXXVII. prima, quam vocant, laurea

elapſo

lapſoque biennio artium & philoſophiæ magiſtri honoribus ornabatur.

V.

Tempus nunc ingruebat, vt poſt tot rerum diſcrimina, tantosque caſus BRVNNEMANNVS noſter publicis muneribus, præficeretur. Anno enim dicti ſæculi XC. menſe Iulio ſcholæ in cœnobio Henne dicto a Comite Leiningenſi recens conditæ, præeſſe iubebatur, quo dum munere fungebatur, ſæpius e ſacro ſuggeſtu verba fecit ad populum, gratiamque ab omnibus iniit non vulgarem.

VI.

Subibat interea animum dulcis patriæ recordatio, qua per XIV. annos integros caruerat. Repetebat igitur illam, ciuem illi ſe gratum, & officia non pœnitenda præſtiturus. Nec fefellit concepta ſpes. Poſtquam enim Commendatoris & aulæ Mareſchalli IO. de THVMEN filii ſtudia per aliquod tempus fuerat moderatus, Ruppinum vocabatur anno XCIII. ipſo die, qui IO. BAPTISTAE in faſtis facer eſt, vt ſcholam regeret, cuius gubernacula per ſeptennium integrum tenuit. Quumque anno XCVIII. ob contagioſam, quæ tum graſſabatur, luem cancellaria, quam vocant, Electoralis Ruppinum transferretur, quam plurimos Berolinenſium filios inſtituit, inter quos eminet IO. WEDIGEN, Colonienſis, reipublicæ patriæ Conſul, ciuitatumque in Media, Veteranaque Marchia & Ruppinenſi tractu tribunitiæ adminiſtrationis Synephorus ordinarius, quem græcæ linguæ peritiſſimum, de patria, eccleſia, curia, ſcholaque optime meritum, ictuque letali anno MDCXXXVII. in ipſa curia transfixum didici. (c)

 VII.

(c) ex vitæ curriculo concioni Kochianæ, cuius titulus: Cölniſche Raths- und Stadt-Klage ex qua ſequentia huc pertinent: Es iſt nunmehr Stadt- zu Landkündig, als der ſeelige Bürgermeiſter am nechſt verſchienen Freytag den 8. Sept. nach Mittage bald nach 2. Uhr aufs Rahthauß allhier, ſeine Ampts-geſchäffte daſelbſt zu verrichten gangen, und er ſich zu keinem einigen Menſchen etwas feindſeliges oder thätliches verſehen, daß bald darauf, da er nur eine geringe Zeit am Tiſche in der Rahtſtuben an ſeinem gewöhnlichen Ort, als ein regie-

VII.

Quum igitur probaretur BRVNNEMANNI noſtri ſtudium illis, quos ex Berolinenſibus tum Ruppinum fouebat, accidit vt ad capeſſendum eccleſiaſtis Petrini munus in patriam reuocaretur. Anno enim MDCI. menſe Iulio Diaconus conſtituebatur, anno V. Archidiaconi munia obire incipiebat, annoque X. eodem menſe Iulio Præpoſiti locum ornaturus RENECCIO Hamburgum concedenti ſurrogabatur, eidemque ad annum vſque XXX. qui emortualis fuit, dextre præfuit, *Vir*, vt verba Programmatis Francofurtani (d) habent, *in quo antiqua illa fides cum pietate tamquam in vno habitare gaudebant contubernio.*

VIII.

Oſſa viri meritiſſimi in æde Petrina requieſcunt, ibidemque in memoriam eius perennem ſequens monimentum legitur:

DEO

---

regierender Bürgermeiſter geſeſſen, Hans George Hale zu Machenow, unangegeben und unerfordert, in die Rahtſtuben zu ihm hinein kommen, auf ihn zugangen, und ohne einige rechtmäßige gegebene Urſache, und da ihm der Herr Bürgermeiſter kein einiges böſes Wort geſaget, ſondern bloß um einer geringen Schuld, ſo er nicht von ihm, dem Herrn Bürgermeiſter, ſondern vom Rahthauſe aus der Contribution zu fordern, mit einem kurtzen Hirſchfänger ihme zweene Stiche zugefüget, einer auf der rechten Seiten in den Unterleib hinein, und auf der lincken Seiten wieder durch, und der ander gleichfals auf der rechten Seiten im Bein hinein, und hinden bey den dicken Lenden wieder hinausgangen, darüber der ſelige Herr Bürgermeiſter zur Erden gefallen, endlichen aber von ſeinem einem Mitherrn aufgehoben, in die ander Stuben gegen über gebracht, daſelbſt alſobald von den beyden erforderten Chirurgis verbunden, und von dannen in ſein Hauß in einem Bette liegend, getragen worden. Als aber alſobald befunden worden, daß die Wunden tödtlich, der ſelige Herr Bürgermeiſter auch ſolches ſelber vermercket, hat er ſich in aller Gedult dem lieben getreuen GOtt und deſſen väterlichen Willen ergeben, das Irrdiſche alles beyſeit geſetzet, alſo das man auch keine einige Ungedult, vielweniger einigen Haß oder Wiederwillen, wieder den Thäter bey ihm verſpühret, bis er endlichen den folgenden 9. Septembr. frühe um 8. Uhr ohne einige Ungeberden, im HErrn Chriſt- und ſeliglich entſchlaffen, ſeines Alters 55. Jahr und 25. Wochen.

(d) Cuius auctor eſt MATTH. COLDEBACIVS, qui illud præmiſit diſſertationi inaugurali ICti celeberrimi IO. BRVNNEMANNI.

DEO ET MEMORIAE S.
DN. M. HIERONYMVS BRVNNEMANNVS
Theologus haud vulgaris
Senex raro exemplo
Pius, doctus, pacificus
Quum gregem Chriſti
Doctrinæ puritate,
Vitæque ſanctimonia
Triginta annos in hoc templo
fideliſſime pauiſſet,
Sexagenarius cum Ogdoade
Anima in ſinu Abrahæ recepta
Corpori exſangui
Coniuge & liberis contra votum
curantibus
hic dormitorium inuenit
III. Nonar. April.
Anno M.DC.XXXI.
Quisquis es mortalitatem cogita propriam
Hic edoctus alienam.
DOCTI FVLGEBVNT.

IX.

Scripta, quæ reliquit, vt non intacta relinquam, iubet ordinis ratio. Sequentes vero innotuerunt homiliæ

1. Ars bene viuendi, beateque moriendi, Chriſtl. Leich-Predigt bey dem Leich-Begängniß Fr. Urſula Sturms, Hn. J. Wernickens, Churfl. Brand. Hoff-Rentmeiſters ehelichen Hauß-Frau, welche Ao. 1609. den 30. Nov. geſtorben, Berlin 4.

2. Læta piorum cataſtrophe, Chriſtl. Leich- und Troſt-Predigt aus Pſ. CXVI, 5. 6. bey dem Begräbniß Frau Ottilia Sturms, Hn. Joh. Fehren, Churfl. Brandenb. Secretarii Haußfrauen, welche Ao. 1611. den 27. Jul. geſtorben, Berlin 4.

3. Athletica chriſtianorum, Leich- und Troſt-Predigt von der Chriſten Kampff und Ehrenkleinod, bey dem Begräbniß Herrn Gerh. von Griecken, Bürgers und Handelsmanns in Cöln gehalten, welcher Ao. 1611. den 2. Octobr. entſchlaffen, Berlin 1613. 4.

4. Brabeum piorum futurum, Chriſtliche Leich- und Troſt-Predigt von dem künfftigen Ehren-Danck der Gottſeligen bey dem angeſtellten Leich-Begängniß und Sepultur Frau Magdalenen Sturms, Hr. Tillmann Eſſenbrüchers, Bürgers und Handelsmanns zu Cöln Haußfrau, welche den 23. Jan. 1612. geſtorben, Berlin 1612. 4.

 5. Schola

5. Schola fidei, das iſt Leich- und Troſt-Predigt von dem ſcharffen Examine der Gläubigen in der Creutz-Schule aus Jeſ. XLIX. bey der Sepultur und Leich-Begängniß Fr. Eliſabeth Pürtzels, Hn. J. Reinicken, verordneten Stadt-Richters allhie ehelichen Hauß-Frau, welche am 24. Nov. 1614. entſchlaffen, Berlin 1615. 4.

6. Poſt fletum gaudia, Chriſtl. Leich- und Troſt-Predigt von der gottſeligen Thränen-Saat und Freuden-Erndte bey der Sepultur Fr. Urſula Tuchſcherers, Herrn Balthaſar Grummen, weyland Churfl. Brandenb. Hoff-Rentmeiſters hinterlaſſenen Witben, welche den 26. Mart. 1616. entſchlaffen. Berlin 4.

7. Leich- und Troſt-Predigt bey der Chriſtl. Sepultur und Leich-Begängniß Frau Magdalena Gaulrappin, Hn. Ambroſii Conr. Frobergen, Churfl. Brand. Cammer-Gerichts-Advocaten zu Cöln an der Spree Hauß-Frau, welche den 5. Apr. 1617. ſelig entſchlaffen, und in S. Peter begraben. Wittenb. 1617. 4.

8. Ars beate moriendi, von der rechten Chriſten-Kunſt ſelig zu ſterben, zur Leich- und Troſt-Predigt aus Simeons Sterb-Liedlein erkläret bey der Sepultur und Begräbniß Frau Margaretha Strecken, Hn. Joh. Reetzen, Churfl. Brand. Mundſchencken geweſenen Haußfrau, welche 1622. den 30. Aug. geſtorben. Berl. 4.

9. Sors ſanctorum, Chriſtliche Troſt- und Leich-Predigt von dem Erbtheil der Heiligen im Licht bey angeſtellter Leich-Begängniß und Sepultur Frau Marien Gödicks, Herrn Laurentii Schmieden, der Löbl. Landſchafft Secretarii geweſenen ehelichen Hauß-Frau, welche den 25. Febr. 1628. entſchlaffen, Berlin 1628. 4.

X.

Sed de familia quoque noſtri BRVNNEMANNI aliquid addendum videtur. Præter duas nimirum filias, quarum alteram lues contagioſa rebus humanis exemit, alteram CHRIST. GRABATIVS (e) duxit, quinque ex ANDR. BERLINII, Conſulis Ruppinenſis filia CATHARINA ſuſcepit filios. HIERONYMVM, Præpoſitum Neo-Angermundenſem anno MDCXXVI. defunctum, ANDREAM ſalutaris artis peritiſſimum, qui Licentiati honoribus in Acad. Regiomontana ornatus Mombelgardiæ, vbi iam triennium abſoluerat, vitam cum morte commutauit, PAVLVM, Tribunalis Electoralis Aduocatum, & curiæ Colonienſis primum Syndicum, poſt Conſulem Berolinenſem, SEBASTIANVM, & qui primo loco nominandus erat, IOANNEM, illud Marchiæ oraculum, & Almæ Viadrinæ decus quondam fulgentiſſimum, in cuius vita deſcribenda occupati fuere plurimi, ex quibus IO. CHRIST. BECMANNVM, (f) & PETR. CHRIST. SCHVLZIVM

(e) de quo conf. Specim. IV. p. 48. (f) In notitia vniuerſitatis Francofurt. p. 213. ſq.

ZIVM (g) V. C. nec non auctorem monimenti, quod HENR. PIPPINGIVS (h) integrum inſeruit, nominaſſe ſufficiat. Ceterum, iuuabit epiſtolam, in qua obitum filiorum præmaturum luget, IO. GEORG. MAGNO transmiſſam, viroque theologo digniſſimam integram hic exhibere:

Salutem & conſolationem ab eo, qui ſolus omnis conſolationis fons eſt perennis.

BEnedictus ſit Dominus, pater ille miſerationum, & DEVS omnis conſolationis, qui me in præmaturo filiorum meorum natu maiorum obitu iam ante conſolatus eſt, vt & ipſe conſolari queam eos, quos idem caſus affligit triſtiſſimus. Prooemio hoc Apoſtolico Excellentiſſ. multaque experientia Clariſſ. Dn. Doctor, fautor atque amice admodum honorande, ordiri iam placuit epiſtolam hanc meam conſolatoriam, quam præmaturus, proh dolor atque inopinatus filiæ tuæ vnicæ, eoque nomine dilectiſſimæ quaſi indixit obitus. Simulac enim luctuoſiſſimum hoc afferebatur nuncium, lectiſſimam hanc atque honeſtiſſimam fœminam in fata conceſſiſſe, non tantum mihi excutiebat dolorem, atque excitabat συμπάθειαν, vt vulnus cordis ex præmaturo Filiorum meorum obitu ſuperiori anno contractum, quod licet vt cicatricem quandam obduxiſſe iam videbatur, recrudeſcere cœperit. Ex quo coniecturam procliue admodum mihi fuit, quantum, quamque acerbum luctum luctus hic ingens in animo commouerit paterno, vt plane mihi perſuaſerim, Excellentiſſ. Dn. Doctorem eodem opus habiturum malagmate, quo mœrorem meum, ex eodem luctu iam ante conceptum, plurimum alleuatum comperi. Reuocata enim ad animum humanarum rerum ſorte incerta atque mobili, recolligere me paulatim cœpi, quod tempus fuiſſe cogitarem, quo hoſce filios nondum habuerim, & quo habebam, ea habuiſſe lege, vt homines natos ſcirem, ideoque quouis momento iterum amittendos, quod iuxta illud Sophocleum ἡ τέχνη ὅλας [illegible]. Quin ſubducto ætatis meæ iam ſeneſcentis calculo, in ſpem erigebar non dubiam, tempus breue adfuturum, quo, quos habui, habiturus ſim denuo, atque ita habiturus, vt eosdem æternum ſim habiturus; idque non quacunque conditione, ſed ſpe futuræ reſurrectionis, vitæque melioris certiſſima. Hac meditatione crebra dolorem humanitus ſubinde recurrentem intra cancellos coërcebam, atque ita mentem a vitæ huius vanitate ad ſpem futuræ gloriæ indubitatam reuocabam, hoc maxime tempore, quo ciuilia paſſim

Bella tonant, trepidumque quatit diſcordia mundum,

[illegible] vt

(g) In Diſſ. I. de claris Marchicis p. 15. ſeq. (h) ſeptenario virorum celeberrimorum, qui licet profeſſione theologi haut fuerint, ſcripta tamen ediderunt theologica, appendicis loco Tubæ ll. memoriarum theologorum adiuncto p. 1032.

vt beati potius quam lugendi videantur, quibus per DEI gratiam, tragœdiæ huius funeſtæ ſpectatores ne ſint, vel etiam actores, beatus ex hac vita contigit tranſitus. Quo ipſo malagmate ſi Clariſſ. Dominus Doctor, ſua quoque orbitatis alligabit vulnera, procul dubio luctus ſui, quantumuis iuſtiſſimi, alleuamentum, & conſolationis efficaciſſimæ ſentiet προβατοτισμον: præſertim cum ex ſacris conſtet litteris, non tam luctum præcipi, quam ſolatium in eorum obitu, qui nobis fuerunt chariſſimi. Si igitur Clariſſ. Dominus Doctor precepto haſtenus de luctu ſatis ſuperque paruit, quidni de ſolatio quoque admittendo in poſterum erit obſequentiſſimus. Si enim ethnici ſolatium admiſerunt, qui tamen ſpe ſalutis, & reſurrectionis beatæ deſtituebantur, ſola mortalitatis communis memoria, vitæque ante actæ integritate ſuffulti, certe Chriſtianos maxime decebit in luctu eſſe moderatos, vtpote non ignaros, quod per mortem ad immortalitatem fiat tranſitus, nec poſſit vita æterna ſuccedere, niſi hinc contigerit exire: non igitur exitum eſſe piorum mortem, ſed tranſitum Cypriano monente, quo decurſo temporali itinere, ad æterna fiat tranſitus. Fateor ſane non eſſe hominis huiusmodi dolorem tam magnum tamque acerbum facile euomere, eſt tamen hominis chriſtiani, idemque vitæ iam ſeneſcentis atque officii exigit ratio, vt Clariſſ. Dominus Doctor alium iam ad tempus ſeſe præbeat, & licet pater ſit, ita ſe gerat, quaſi non ſit, & ſic lugeat, quaſi non lugeat. Quod ſi feceris Dominus Doctor, mœror hic domeſticus tandem alleuaſcet, quin & familiæ tuæ, totique ciuitati ſuperſtitem temet ſeruabis, quod vt fiat vnice exopto. Viue igitur valeque Clariſſ. Dn. Doctor, meumque hoc leuidenſe conſolandi ſtudium æqui boniq; conſule.

Excel. T.

Studioſiſſ.

M. HIERONYMVS BRVNNEMANN, Eccleſiæ ad D. Pet. Coloniæ ad Spream Paſtor.

XI.

Atque hæc ſufficere poterant de vita BRVNNEMANNI commentanti, niſi peropportune in manus inciderent quædam quæ illorum temporum hiſtoriam illuſtrant, ex quibus meminiſſe iuuabit cuiusdam colloquii, quod Sereniſſimus Elector IO. SIGISMVNDVS habendum indixerat ſub initium menſis Octobris anno ſuperioris ſæculi XIV. cui interfuturi quamplurimi verbi diuini miniſtri acceſſerunt, inque bibliotheca ædis, quæ Berolini primaria eſt, conſilia communicauerunt. Nomina Theologorum, qui tum conuenerunt, ſi quis noſſe cupit, legat ſequentia: Des Sonnabends, war der erſte Octobr. kamen frühe die Herren Inſpectores in der S. Nicolai Kirchen Liberey wieder zuſammen, und hatte Herr Contius auf

einen

einen Bogen folgende Worte geſchrieben, welche, als ſie auch mündlich waren proponiret worden, ſind ſie nachfolgender Weiſe unterſchrieben:

Heute dato den 30. Septembr. auf Erfordern des Churfürſten zu Brandenburg, unſers gnädigſten Herrn, ſeyn unten benañte Herren Inſpectores und Pfarr-Herren erſchienen, und haben ſich mit einander folgender Meinung verglichen:

I. Daß ein jeglicher unter ihnen zuförderſt bey denen Prophetiſchen und Apoſtoliſchen Schrifften, hiernächſt bey denen approbirten Symboliſchen Kirchen-Büchern, inſonderheit bey der ungeänderten Augſpurgiſchen Confeſſion, ſo wol Chriſtlichen Concordien-Buch beſtändiglich bis in ſeine ſterbliche Gruben bleiben und verharren wil, ſich auch davon durch Verleihung Göttlicher Gnaden weder gegenwärtige noch zukünfftige Gefahr abwenden laſſen.

II. Daß er alles dasjenige, nebſt hertzlichen Gebethe zu GOtt, nach äuſſerſten Vermögen, in dieſen ſchwehren Religions-Punckt mit einrathen helffen will, wie ers am beſten verſtehet, und gegen GOTT, auch gegen ſeiner Kirchen, und in ſeinem Gewiſſen zu verantworten haben wird.

Welches alles ein jeder nicht allein in conſeſſu totius Miniſterii mit Hertz und Munde ſich anverpflichtet, ſondern auch zu feſter Haltung mit ſeine eigene Hand unterſchrieben. Signatum. Berlin, den 30ten Sept. Anno 1614.

Sebaſtianus Möllerus, aulae Electorali Elect. a ſacris concionibus.
M. Ioannes Fleck, Mpria. Inſpector Cüſtrinenſis.
Petrus Conouius, ſuo & Miniſterii vtriusque oppidi Brandenburgenſis nomine ſubſcripſit
M. Andreas Mauritz, Præpoſitus, ſubſcripſit Mpria.
M. Hieronymus Brunneman, Eccl. Colon. ad Spream Paſtor ſupſcripſit Mpria.
M. Georgius Gigas, Paſtor & Inſpector Tangermund. Mpria.
M. Ioannes Finck, Paſtor & Inſp. Primislauienſis.
Gabriel Woltersdorff, Paſtor & Inſpector Rupinenſis.
M. Daniel Michaelis, Paſtor & Inſpector Perlebergenſis.
M. Valentinus Rœſelerus, Paſtor & inſpector Leontinus.
Zacharias Bumanus, Paſtor & Inſpector Pritzwaldenſis.
M. Ioannes Chemnitius, Eccl. Kyriçenſ. Paſtor & Inſpector.
Leuinus Georgii, Eccl. Seehuſenſis Paſtor & inſpector.
Andreas Scharnaccius, Paſtor & Inſpector Fidel. Brizenſ.
M. Andreas Demcherus, Bernauienſium Præpoſitus.
M. Ioachimus Brunouius, Paſtor Eccleſ. Spandou. Inſpector.
Matthæus Crachtius, Paſtor & Inſpector Brizenſis Eccl.
M. Erneſtus Werphulius, Paſtor Neupolitanus.
Andreas Buttius, Paſtor & Inſpector Strausbergenſis.

M. Ioannes Culouius, Paſtor & Inſpector Lindouienſis.
Chriſtophorus Straus, Paſtor Eccl. Oſterburgenſis.
Erdmannus Schwartzkopf, Eccl. Wittſtochlenſis Paſtor.
M. Andreas Luſſouius, Paſtor Zedenicenſis.
Dauid Widlichius, Paſtor Trebienſis.
Ioannes Bertthelius, Paſtor Granſoenſis.
M. Ioachimus Niſæus, Diaconus Berolinenſis Mpria.
Iacobus Geſius, Paſtor & Inſpector Munchbergenſis.
Ioannes Rawe, Diaconus ad D. Nicol. Berolinenſis.
Laurentius Meyenreis, Paſtor & Præp. Mittenwald.
M. Paullus Coſterus, Paſtor Gardelebienſis.
Ioannes Bamman, Paſt. Eccl. Dei in Hauelberg.
Ioannes Malziſius, Eccl. Dei in Zoſſen Paſtor.
M. Henricus Sebaldi, Eccl. Belic. Paſt. & Inſpector.
Matthæus Ian, Eccl. Lychenſis Paſtor & Inſpector.
Nicolaus Elerdus, Diac. ad D. Mar. Berolinenſis.
Ioannes Cocus, Diac. Eccl. Colon.
Petrus Fabritius, Diuini Verbi Miniſterii Berolinenſis.
M. Iacobus Sculterus, Mpria.
Michael Martini, Paſtor Teltouienſis.
Erdmannus Gneuieo, Diac. Berol. Marianus.
Fridericus Perlitius.
Ioannes Eysleben, Paſtor Rathenouienſis.
M. Elias Berlin, Paſtor Nauenſ. manu ſua.

XII.

Nihil nunc supereſt niſi vt adiungam, quos BRVNNEMANNVS noſter laborum ſacrorum habuit ſocios. Præter igitur GEORGIVM FABRITIVM ſuperiori ſpecimine iam adductum commemorandi ſunt M. MARTINVS WILLICHIVS, PETRVS STVLERVS, IO. COCVS ſiue KOCH, IO. HENR. HOPPENSTADIVS, CHRISTIANVS EILERTVS. De ſingulis ſeorſim ſequenti Specimine octauo.

XIII.

Iuuabit nunc argumenta declamationum indicare, quæ ſuperiori anno MDCCXXVI. operam noſtræ diſciplinæ alumnorum exercuerunt, in quibus recenſendis morem ſemel receptum hactenus retinemus. Declamarunt itaque

IO. GEORGIVS Gädicke, Bernauienſis,
de laudibus artis poëticæ.
CHRIST. FRID. Graßnick, Sorcouienſis, &
THEOPH. REN. Campe, Colonienſ.
vota fecere ſub auſpicium anni partim ligata, partim ſoluta oratione.
CHRIST. HENR. Blaurock, Belgardenſis Pomeranus,
de Romanenſium odio, quo euangelicæ religioni addictos proſequuntur.
IO. IAC. Schultze, Friderico-Werd.
Blumen, Blaſen, Rauch und Wind
Unſers Lebens Vorbild ſind.
FRID. SIGISMVNDVS Rotteller, Ruhlsdorff. Meſo-March.
diſſuadet nomine parentis, ne filius ſe flumini committat.
LAMP. SIGISM. Ahlemann, Friderico-Werderanus,
patria mea in cælis eſt.
IO. AVG. VLRICI, Zinna Magdeb.
ne quis ad Romanenſium caſtra tranſeat hortatur.
MART. FRID. Grüneberg, Falcoburgo Neo-March.
per Ethopöeian ſancti ſenis Simeonis beate moriendi deſiderium propoſuit.
CHRIST. GOTTL. Bergemann, Zoſſenſis March.
felix respublica, in qua aut philoſophi imperant, aut imperantes philoſophantur.
IO. FRID. Gräf, Wuſtermarco Meſo-March.
de dicto Zittauienſis cuiusdam

Nicht immer Leder gerben,
Nicht immer Geld erwerben,
Beſondern einmahl ſterben,
Das Himmelreich ererben.

CHRIST. HENR. Blaurock, Belgard. Pomer.
ſcelerati conſcientia obſtrepente quum dormire non poſſint, agitant eos furiæ non conſummato modo ſed & cogitato ſcelere.
BERNH. HENR. Bäthke, Lychenſis Vcaro-March.
beneficiorum acceptorum memoria facile deponitur.
IO. ERNESTVS Bartſch, Charlottenburgenſis,
de moneta in memoriam Iubilæi gamici Meinertshagiani cuſa.
THEOPH. RENATVS Campe, Colonienſis March.
de libertate quouis auro pretioſiore.
LAMP. SIGISM. Ahlemann, Friderico-Werderanus,
per Ethopöeian ſegnem ſtudioſum de temporis iactura queſtum propoſuit.
IO. FRID. Dickmann, Berolinenſis,
Lipſia vult exſpectari.

Christ. Frid. Graßnick, Storcouienſis Luſatus,

Remiſſio animorum maxime ſermone efficitur familiari.

Christ. Frid. Dornblüth, Tangrem. Pal. March.

nil ſine magno vita labore dedit mortalibus.

Theoph. Renatvs Campe, Colonienſis March.

fortior eſt, qui ſe, quam qui fortiſſima vincit moenia.

Io. Iacobvs Schultze, Fridriso-Werderanus,

non facile diiudicatur amor verus & fictus, niſi aliquod incidat eiusmodi tempus, vt quaſi aurum igni, ſic beneuolentia fidelis perſpici poſſit.

Io. Gottl. Laſſer, Falcoburg. Neo-March.

Regi Polonorum res Thorunienſium afflictas commendauit.

Io. Christ. Käſtner, Col. March.

de Seiano.

Frid. Sigismvndvs Kotteller, Ruhlsdorff. March.

de homine chriſtiano pugnante & vincente.

Lampertvs Sigismvndvs Aſſemann, Friderico-Werderanus,

nunquam ad liquidum fama perducitur.

Marti Fridericvs Grünenberg, Falcoburgo Neo-March.

de ſomnio Io. Quiſtorpii memorabili.

Christ. Frid. Graßnick, Storcouienſis.

Io. Rvd. Meißner, Pritzwaldenſis.

Io. Frid. Dickmann, Berolinenſis,

de linguarum authenticarum notitia ſacrarum litterarum cultori maxime neceſſaria.

Christ. Frid. Dornblüth, Tangrem. Pal. March.

de viduarum calamitate.

Christ. Henr. Blaurock, Belgardenſis Pom.

de emolumento ex academia Petroburgenſi Ruſſis ſperando.

Io. Iacob. Schultze, Fridricowerd.

aut nomen muta, aut mores.

Bernh. Herm. Bathke, Lychenenſ. Vcaro-March.

nusquam melius torquebis inuidos, quam virtuti & gloriae inſeruiendo.

Christ. Henr. Blaurock, Belgardenſis.

de miſera Hahnii Dresdenſis caede.

Georgivs Fridericvs Lüdecke, Colonienſ. March.

inuehitur in Loblerum peſſimum nebulonem.

Carl. Gottl. Kühne, Magdeburgenſis.

ſuſcipere inimicitias propinquorum apud Germanos veteres neceſſe fuit.

Christ.

CHRIST. FRIDER. Dornbluth, Tangræmund. Pal. March.
de amicitia propinquorum ſuſcipienda.
IO. EHRENFR. Hildebrand, Beerwald. March.
de fugienda voluptate.
IOACH. DIETER. Lering, Klitzk. Prignitius.
de coniunctione principum pro tranquillitate publica.
IO. CHRIST. Reinhardt, Colonienſis March.
non decet in labiis verſari lubrica Regum.
IO. FRID. Dickmann, Berolinenſis.
de præſtantia litterarum, deque emolumento reipublicæ ex litteris proueniente
CHRISTOPHORVS Sperberg, Lychenenſis Vcaro-March.
turpe eſt calumniari.
IO. GOTTL. Laſſer, Falcoburgo Neo-March.
qui non vetat peccare, cum poteſt, iubet.
IO. BENI. Temper, Magdeburgenſis.
de laudibus vitæ ruſticæ.
CONR. EHRENREICH Dänicke, Colonienſis March.
medium tenuere beati.
BERNH. HERM. Bäthke,
tranquillitas animi ſummum bonum.
THEOPH. REN. Campe, Colonienſis March.
de pecunia multis curis nos onerante.
IO. CHRIST. Stockfiſch, Hertzbergenſis March.
de prouerbio: Carolus IV. venditurus fuiſſet Imp. Romanum, ſi emtorem reperiſſet.
IO. RVD. Meißner, Pritzwaldenſis.
eſto quod audis.
CHRIST. FRID. Graßnick, Storcouienſis.
de ſymbolo Rud. Auguſti, Ducis Brunſu. & Luneb. ſub Remigio Altiſſimi.

XIV.

Quumque eodem anno promiſſa elegantiſſimi libelli *qui ars cogitandi* inſcribitur cum præfatione venerandi BVDDEI denuo editi explicatione, ſubiunctaque methodo diſputandi ad ductum celeberrimi IAC. THOMASII exercitium quoddam diſputatorium inſtituere licuerit, quod non ſine fructu factum eſſe (præfiſcini dixerim!) expertus ſum, horum quoque laborum mentionem non plane nullam faciendam ratus argumenta, de quibus fuit diſceptatum, ſignificare placuit. Sunt vero

quod Deus ex natura cognoſcatur

Reſp. SIGFR. IVSTO BÖTTICHERO, Helmſtad.

de fructu ex peregrinatione largiter propullulante.

Reſp. THEOD. RVD. Campe, Colon. March.

catalogi librorum multum faciunt ad comparandam librorum notitiam.

Reſp. THEOPH. REN. Campe, Colon. March.

de vtilitate ex antiquitatum Romanorum notitia ad ICtum redundante

Reſp. SIGFR. IVSTO BÖTTICHERO,

Logica eſt vtilis.

Reſp. THEOPH. REN. Campe,

de virtute & fortitudine Petri I. Ruſſor. Imp.

Reſp. THEOPH. REN. Campe,

de vtilitate Diſputationum

Reſp. SIGFR. IVSTO BÖTTICHERO,

de abuſu Diſputationum

Reſp. THEOPH. REN. Campe,

de vtilitate ex ſcriptis Ciceronis ad iuuenem prouenienie

Reſp. SIGFR. IVSTO BÖTTICHERO,

de futuris contingentibus

Reſp. THEOPH. REN. Campe,

de negotioſo otio

Reſp. SIGFR. IVSTO BÖTTICHERO,

de vſu optimo magiſtro

Reſp. eodem.

de otioſo negotio

Reſp. THEOPH. REN. Campe,

de hiſtoriae litterariae vtilitate

Reſp. eodem.

de cauſis diuortii

Reſp. SIGFR. IVSTO BÖTTICHERO.

Q. D. B. V.

Q. D. B. V.

MEMORABILIVM COLONIENSIVM SPECIMEN OCTAVVM.

I. MART. WILLICHIVS primus ex BRVNNEMANNI collegis munera, & mors, II. eius filii III. libri IV. PETRVS STVLERVS, eius munera, ſcripta, V. diſcedit Vitebergam. VI. IO. KOCH, VII. eius ſcripta, VIII. HOPPENSTADIVS, & EILERTVS, IX. ad audiendas orationes inuitatio.

I.

INter illos, quos BRVNNEMANNVS laboris habuit ſocios, primo loco commemorandus eſt M. MARTINVS WILLICHIVS iam ſupra inter Rectores nominatus. Patria ei contigit Berolinum anno MDLXXXIII. Vix quinque vltra viginti annos natus erat, quum Coloniæ Rectorem eum eſſe vellent vrbis Proceres. Triennio elapſo Diaconus Petrinus denominatur, & non ita multo poſt Archi-Diaconus, nec non ſacri tribunalis adſeſſor, itemque a concionibus aulicis. Singulis autem his muneribus præeſſe deſiit anno MDCXIV. quippe quo & menſis quidem Maii tertio die Hamburgum vocabatur, vt, quem RENECCIVS ante ornauerat, locum ſuſciperet. Immiſſus igitur in munus ſacrum anno, quem dixi, menſe Iulio, annoque XX. eiusdem ſæculi in æde Mariæ Magdal. Hamburgi Senior, & lector Theologiæ in dictæ vrbis Gymnaſio eſſe iubetur. Vitam poſuit anno XXXIII. ipſis calendis Iun. quinquagenarius. (a)

II.

Ex filiis inclaruerunt, qui celebre illud in Marchia orbeque litterario WILLICHIORVM nomen propagarunt, CHRISTIANVS FRIDRICVS, Phil. & Med. Doctor, MARTINI parens, quem

(a) Confer auctorem anonymum, qui relationes curioſas inſtar appendicis cuiusdam HARPELIANARVM relationum lingua vernacula Hamburgi edidit, anno 1707. p. 625. nec non celeb. FABRICII Memoriar. Hamb. Vol. 2. p. 878.

quem Aulæ Brandeburgicæ itemque Epiſcopo Osnabrugenſi a conſiliis & Archiatrum fuiſſe conſtat, & CHRISTIANVS MARTINVS S. Theol. Lic., & eccleſiæ Burgtorffenſis in Ducatu Cellenſi paſtor primarius & Superintendens anno ætatis XLIV. ſæculi LV. mortuus.

III.

Sed vt ad noſtrum redeamus WILLICHIVM, de libris non plane nihil dicendum, quos edidit, quorum vero præter carmen quoddam homiliæ inter Brunnemannianas n. 1. adductæ ſubiunctum nullum vidi. Id vero, ne quid diſſimulem, compertum habeo, diuum Electorem IO. SIGISMVNDVM librum quemdam a WILLICHIO editum, cuius tamen titulus latet, grauiter tuliſſe, eumdemque nec non homiliam quamdam die, qui adſcenſioni optimi Seruatoris feſtus eſt, graui quodam Reſcripto transmittendam iuſſiſſe.

IV.

Secundo loco notandus eſt PETRVS STVLERVS, Francofurtenſis Marchicus, canonicus vt vocant, Colonienſis, itemque primum a concionibus aulicis, annoque XI. ſuperioris ſæculi Diaconus Petrinus eſſe cœpit. Præter duas homilias quid ediderit, ego quidem ignoro cum ignariſſimis. Hunc vero titulum præ ſe ferunt:

1. AEdificium ſpirituale, eine kurtze und einfältige Predigt vom geiſtlichen Bau der Chriſtlichen Kirchen, deroſelben Fundament, Eckſtein, Steinen, Bau und Inquilinis oder Hausgenoſſen aus Epheſ. II, 19. ſeqq. durch Petrum Stulerum, weiland Canonicum des geweſenen Stiffts zu Cölln an der Spree, ietzo aber Hof-Caplan der Schloß-Kirchen daſelſt, gehalten in der Kirche zur Heiligen Dreyfaltigkeit genannt, den 19. Jun. Anno 1610. Berlin 4.

2. Chriſtliche Leich-Predigt bey dem Begräbniß Jungfer Urſula Jungens, Herrn Liborii Jungens, weiland Raths-Cämmerers und vornehmen Bürgers in Cölln Tochter, welche den 16. Jul. 1612. verſchieden, hernach den 19. eiusd. zur Erden beſtattet worden, gehalten durch Petrum Stulerum, Diac. der Kirche zu St. Peter, Berlin 4.

De his homiliis illud non prætermittendum, illam ANNAE, diui IO. SIGISMVNDI Electoris coniugi inſcriptam, huic autem ſequentes M. IAC. SCVLTETI verſiculos additos eſſe:

Magna-

Magnanimus, STVLERE, vir es, cum ſpicula contra
Contendis Mortæ ſpicula funerea
Et vincis: necat illa ſacro tenerum unguine florem
Tu ſeruas, marcet verba diſerta animant.
O animare tuos flores adſueſcito, florem
Perpetuum & famæ nomina clara feres.

V.

Dixi de STVLERI patria, & muneribus, quibus Coloniæ præfuit. Reſtat, vt nec illud plane ſilentio inuoluam, quid porro cum illo actum ſit. Quum enim diuque Elector IO. SIGISMVNDVS imagines extemplo cathedrali Sonneburgum transferri iuberet: (b) STVLERVS ille anno MDCXV. ipſo die dominico, qui feſtos reſurrectioni O. M. Seruatoris dies antecedit, iuſto vehementius inuectus, turbisque maximis (c) anſam dediſſe fertur. Quod quum Electorem grauiter laturum præſentiret, clam abiit, & Vitebergam conceſſit. Ex eo tempore vtrum ſacris præfuerit, nec ne, id vero latet. Id noui, BECMANNO STVLERVM Demagogum nominatum, (d) & ab auctore quodam pſeudonymo acriter exagitatum fuiſſe. (e)

(b) Factum id eſſe BECMANNVS auctor eſt in oratione ſeculari L. 4.
(c) Meminerunt earum HELDVADERVS, SCHADAEVS, SLEIDANI continuator; quorum tamen fidem accuſat BECMANNVS dicto loco, & CERNITIVS in Iconibus Elect. Brand. p. 100. Digitum intendit in has ipſas turbas Ill. Dn. de Fuchs in oratione, quam orationes Procerum a LVNIGIO collectæ linguaque vernacula editæ P. I. p. 726. exhibent. Epiſtola quoque FVSSELII nuper incidit in manus de his ipſis turbis exponens, quam NEVBERGERVS Βιο- & θανατολυγιας FVSSELII dicti auctor, integram inſeruit. (d) l. c. L. 4.
(e) Prodiit nimirum, neue Zeitung von Berlin in 2. Chriſtl. Geſprächen zweyer Wanders-Leute, Hans Knorren und Benedict Haberecht, von dem ietzigen Zuſtand in Berlin, allen und jeden wahrhafftigen Lutheranern in der Marck Brandenburg zum Unterricht geſtellet durch einen vertriebenen Pfarrern Paulum Kihnſteck, erſtlich gedruckt zu Pſirt Anno 1614. 4. Huius enim ſcripti auctorem STVLERVM ferire, vel inde colligere licet, quod ſubinde mentionem eius facit dicens: Unſer Pfarrer BRVNNEMANNVS nempe, und Herr Peter, de quo loco quodam dicit: der traun kein ſchlechter Mann iſt, er meint nicht, daß ein klügerer ſeyn ſolte, als Er. Vid. l. c. D. 1. F. 2. l. 3. K. 4.

VI.

Sequitur IO. Koch ſiue COCVS, de quo nunc exponere animus eſt. Patriam nactus eſt oppidum Fehrbellinum, victoria Diui FRID. GVILIELMI M. quam a Suecis reportauit, maxime inclutum, ibique anno MDLXXXIX. d. XVIII. Febr. huius lucis vſura frui cœpit. Patre vſus GEORGIO a vectigalium cura & præfecto, litteris operam dedit Northuſæ, Berolini, & Schleuſingæ ducibus BVMANNO, ZEHNERO, SEBERO & SERGERO, ſtudiorum ſcholaſticorum curriculo abſoluto Francofurtum, annoque MDCVIII. Regiomontum petiit prudentiæ iuris operam nauaturus. Hoc vero conſilium quum mutaſſet, Vitembergam ſe contulit, atque hinc denuo petiit Francofurtum, vnde anno huius ſæculi X. ætatis XXI. Mittenwaldenſium Diaconus expetitur. Viduam M. SIM. ROSAE, de cuius filio CHRISTIANO ſupra commentatus ſum, duxit, annoque XIV. WILLICHIO Hamburgum diſcedenti ſucceſſor datus, noſtramque Coloniam docendo illuſtrare iuſſus eſt, anno XXX. BRVNNEMANNO defuncto Præpoſitus, & ſeptennio elapſo Sacri Conſiſtorii Adſeſſor vocatus primus poſt PELARGI obitum Coloniæ ſacros miniſterii candidatis ordines impertiuit, defunctus anno ætatis LII. ſæculi dicti XL. die XXXI. Auguſti. Oblatas Regiomontum in Neo-Marchia, Prenzlouium, & Cuſtrinum vocationes recuſauit, & filium GEORGIVM Inſpectorem Zoſſenſem reliquit.

VII.

Ex ſcriptis ipſius ſequentes homilias vidi:

1. Chriſtlicher Unterricht, Buß- und Troſt-Predigt genommen aus Hoſ. VIII, 14. darinnen angezeiget wird, woher alle Feuerſchaden entſtehen, und wie ſich ein jeglich Chriſtgläubig Hertz in und nach demſelben ſoll recht und wohl verhalten, als am Sonntag vor Quaſimodogeniti frühe nach 1. Uhr eine gefährliche Feuers-Brunſt entſtanden, Berlin 1612. 4.

2. Klag-Predigt aus dem XL. Cap. Jeſaia bey der Sepultur Frau Anna, Frieſens, Hr. Joh. Wernicken, Hoff-Rentmeiſters ehelichen Hauß-Frauen, welche den 4. Dec. 1617. geſtorben, Berlin 4.

3. Antidotum tentationum, oder bewehrtes Mittel, Krafft deſſen ein noth-

leyden-

leydendes Hertz alle Anfechtungen Zeit ſeines Lebens bevorab in der letzten Noth überſtehen kan. Bey Sepultur Frau Chriſtianen Purzels, Herrn Caſpar Blumen, Churfürſtl. Brandenb. Cammer-Gerichts-Advocaten und Stadt-Richters zu Cöln an der Spree ehelichen Hauß-Frau, welche 1618. den 7. Dec. geſtorben, Berlin 4.

4. Abel occiſus, das iſt, erbärmlicher Bruder-Mord, wie Abel von ſeinem Bruder Cain entleibet, aus Geneſ. IV. bey Sepultur des ehrbaren Jünglings Philipp Horſts von Braunſchweig, welcher den 8. Jun. 1619. in Berlin tödtlich verwundet, daran Er auch den 10. hernach geſtorben, Berlin 4.

5. Hiobi de εὐθανασία conſilium, das iſt, Rath und Bedencken des wohlgeplagten Hiobs, wie man ſeelig ſterben könne, aus dem XIX. ſeines Buchs bey Sepultur Herrn Balthaſar Vogelkens, weyland Churfürſtl. Brandenb. Cammer-Gerichts-Aduocati, und hernach Innwohners der Stadt Wittſtock, welcher 1619. den 18. Jul. verſtorben, Berlin 4.

6. Meditationis piorum, das iſt, gottſeelige Andachten frommer Chriſten, die ſie halten ſollen, wenn ſie Chriſtl. und ſeelig ſterben wollen, bey der Sepultur Herr Valent. Lauens, SS. Theol. Stud. welcher 1620. den 2. Aug. geſtorben, Berl. 4.

7. Chriſtl. Buß- und Troſt-Predigt auf Begehren des Wohlgebohrnen Herrn, Hn. Heinrich Wilhelms, Grafen zu Solms, aus Jer. XV, 11-21. in S. Petri Kirche am Sonntage Exaudi gehalten, Berlin 1621. 4.

8. Wegweiſer zum ewigen Leben aus Joh. VI. bey Sepultur Frau Annä Griebens, Herrn Georg Ruſts ſeel. hinterlaſſenen Witbe, welche 1621. den 3. Jul. geſtorben, Berlin 4.

9. Hiobs Glaube und Bekäntniß von Chriſto aus ſeinem XIX. Cap. bey Sepultur Jungfer Annä Sabinä, Herrn Ernſt von Langen, auf Münchenhofe und Neuendorff Erbſaſſen, hinterlaſſener Tochter, welche den 12. Jun. 1627. in S. Petri begraben, Berlin 4.

10. Leich-Sermon aus Pſ. LXXIII. bey der Sepultur und Leich-Begängniß Jungfer Sibyllen, Hn. Chriſtoph Friſchmanns, Churfl. Brandenb. Poſtmeiſters hinterlaſſenen Tochter, welche den 10. May 1627. ſelig entſchlaffen, Berlin 4.

11. Geiſtliche Jagd aus 1. Tim. VI. bey der Sepultur Herrn Hans Jacob Rothen, Churfl. Brandenb. Ober-Land-Jägermeiſters, und Hauptmanns der Aemter Tangermünde, Borgſtall, Zehdenick und Liebenwalde, auf Langen-Saltzwedel, Köckte und Oſtherrn, welcher in Chorin den 30. Sept. 1627. geſtorben, und zu St. Peter in Cölln begraben, ibid. 1628. 4.

12. Creutz-Schule aus Pſ. XXV. bey der Leiche Jungfer Anna Wernickin, Herrn Joh. Wernicken, Hoff-Rentmeiſters Tochter, welche 1629. den 26. Nov. geſtorben, ibid. 4.

13. Witben-Crone, welche alle gottſeelige Witben ergreiffen und tragen ſollen, bey dem Begräbniß Frau Catharina Hentzen, Herrn Sebaſt. Brunnemanns, Diaconi in Cölln Witbe, welche 1629. den 12. Dec. geſtorben. ibid. 4.

14. Verſammlung der Gerechten, aus Jeſ. LVI, 15. bey Sepultur Herrn Joh. Wernicken, Churfl. Brandenb. Hoff-Rentmeiſters, welcher den 1. Jul. 1630. geſtorben, ibid. 4.

15. Ehren-Kron, welche der gerechte GOtt allen getreuen Lehrern am herannahenden Jüngſten Tage auffſetzen wird, aus Dan. XII. bey Sepultur Herrn M. Hier. Brunnemanns, Pfarrherrn und Inſpectoris der St. Peters-Kirche zu Cölln, welcher den 28. Mart. 1631. entſchlaffen, Berlin 4.

16. Ehren-Gedächtniß Herrn Georg Beckmanns, Bürgers und Gewürtz-Händlers in Alten-Stettin, welcher Anno 1631. den 21. Jul. in Cölln geſtorben, und zu St. Peter begraben, Berlin 4.

17. Jubel- und Danck-Predigt, als Seine Königl. Majeſtät zu Schweden den recht göttlichen Sieg in Bäyern erhalten, und dadurch Augſpurg die Reichs-Stadt in die Evangeliſche Freyheit verſetzet hat, am Sonntage Jubilate Anno 1632. gehalten, Berlin 4.

18. Danck- Klag- und Troſt-Predigt, als durch GOttes ſonderbahre Schickung den 6. Novemb. Anno 1632. die Königl. Majeſtät zu Schweden mit Ihrer Evangeliſchen Armée die herrliche Victoriam, dabey Sie aber Ihr Leben lobwürdig geendiget und blieben ſeyn, zwiſchen Lützen und Leipzig erhalten haben, auf dem im Churfürſtenthum Brandenburg allgemeinen Buß- und Bet-Tag den 5. Decemb. gehalten.

19. Cölniſche Rath- und Stadt-Klage, bey Sepultur Herrn Johann Wedigen, der Churfürſtl. Reſidentz Cölln an der Spree Bürgemeiſters, auch der Ucker- Mittel- Märckiſchen und Ruppiniſchen Städte Verordneten, welcher Anno 1637. den 8. Sept. aufm Rathhaus daſelbſt tödtlich verwundet, daran er auch den 9. im HErrn entſchlaffen, und den 12. hernach zu St. Peter beerdiget worden, aus Eccleſiaſtis IX, 11-13. gewieſen und aufgeführet, Berlin 4.

20. Die Erlöſeten des HErrn, welche die ſeyn, und was ſie für Herrlichkeit haben, bey Sepultur Herrn Michael Belmanns, Handelsmanns in Cölln, der Anno 1637. den 1. Octobr. geſtorben, ibid. 4.

21. Remedium vtriusque fortunæ, das iſt, wohin der Menſch ſehen müſſe, auf daß Er in Liebe und Leyd, Leben und Sterben, das Mittel halten, und ſich recht ſchicken möge, bey Sepultur Herr Tillmann Eſſenbrüchers des Aeltern, vornehmen Handelsmanns und Einwohners in Cölln, welcher den 23. Nov. Anno 1639. zu Dreßden entſchlaffen, und den den 15. Decemb. in St. Peter begraben worden, Berlin 1640. 4.

VIII.